John Adams Library.



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
ADAMS
139.16

ſe fo...
verb... nam totiu...
verbis contin... ri dicebat, A...
Suſtine & a... ine. Domitiano autem imp...
te vel offenſu eius tyrannide, vel coactus ob ſe-
natuſconſultum de pellendis vrbe Philoſophis,
Roma Hierapolim commigrauit. Commo-
ratus autem dicitur Romæ vſque ad
tempora Marci An-
tonini.

(?) 3

132.16

... ἐνικᾶτ θεοθυμῳ.

...ασαφ... νιο καὶ οὐρανίους κενεῶνας,

...υχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης.

Ἄλλο.

Ὅς κεν Ἐπικτήτοιο σοφὴν τελέσσῃ μυθοσύνην,
Μειδιάᾳ βιότοιο γαληνιόων ἐνὶ πόντῳ.
Καὶ μετὰ ναυτιλίην βιοτήσιον, εἰσαφικάνει
Οὐρανίην ἀψῖδα καὶ ἀστερίην περιωπήν.

Ser[illegible] us,mu[illegible]

[illegible] per : at hæc int[illegible]

In Epicteti [illegible]

Mente tene memori præcepta ſalubria vi[illegible]
Quæ dat Epictetus: terrenas deſpice curas,
Sublimes animos ſuper ardua ſidera tollens.

Aliud.

Quiſquis Epicteti ſapientia dicta tuetur,
Infeſti pelagi ſecura mente procellas
Ridet: & in portum ſubducta naue, peracto
Ætatis ſpatio, cœleſti ſede quieſcit.

...tinet, ... us
...onnullis.
...implicio decerpta, vna
... & H... Aug. dialogo, & ſenten-
... , aliorumque Stoicorum, quæ hinc
inde citantur.

Tertius & poſtremus ea complectitur, ex Arriano collecta, quę loca Enchiridii ob breuitatem obſcuriora vel declarant, vel copioſius tractant.

132·16

... ΤΑΤ ...
ΕΓΧΕΙΡΙ...

EPICTETI ENCH[IRI]DION, SIVE PVGIO: HIERONYMO WOLFIO INTERPRETE.

Partitio rerum.

CAP. I.

RES quædam in poteſtate noſtra ſunt: quędam nõ ſunt. In noſtra poteſtate eſt, opinio, appetitio, deſiderium, auerſatio: &, vt vno complectar verbo, quælibet noſtræ actiones. Noſtri arbitrij nõ ſunt, corpus, pecunia, gloria, imperia: ad ſummam, ea quæ ipſi non agimus, omnia.

ΚΕΦ. α.

ΤΩΝ ὄντων τὰ μὲν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

Natura & conditio rerum.

CAP. II.

AC ea quidem quæ nobis parent, libera ſunt

ΚΕΦ. β.

ΚΑὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα,

τα

ερα

, ἐμ-

ήσει, ταραχθή-

κῃ θεοὺς καὶ ἀνθρώ-

ποὺς. ... δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον ὥσπερ ἐστὶν ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων πράξεις οὐδὲ ἕν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ.

el

PRo nde 1. memento, ea quæ natura ſeruiun libera putaris, & aliena pr tuis habueris: fore vt imp diaris, lugeas, perturberi deos hominesque accuſe Sin id ſolum tuum exiſt maris, quod tuum eſt: alien vero, vt ſunt, aliena: te ne mo coget vnquam, nem impediet, neminem accuſ bis, neminem criminaber nihil ages inuitus, nemo lædet, inimicum non hab bis. Neque enim vllam calamitatem accipies.

1 *Animaduerſio excitanda, & præparatio diligens a hibenda.*

2 *Idem virtuti & vanitati ſeruire non poteſt.*

ΚΕΦ. δ.

THλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ᾽ ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ᾽ ἐθέλῃς, καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ᾽ αὐτῶν τούτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι᾽ ὧν μόνων εὐ-

CAP. IIII.

1 CVM igitur tantas appetas, ſic eas ſuſ piendas eſſe memento, lis non mediocriter incit tus, atque alia penitus reli quenda, alia in præſentia mittenda cenſeas. Quo & illas deſideraris, & ma ſtratus etiam atque o appetieris, & tuos flor volueris: 2 fortaſſe ne h quid

γίνεται.

...citas & liber...

...reſpectam ſuſt...

K...

I... ſp... cuiuis a- ...atim ſi vt reſpō-deas, operam dabis: viſum id eſſe, nec plane id quod videatur. poſt in exquirendo eas adhibeto regulas, quas habes: eamque cum primis ac potiſſimum, Vtrum id viſum in rebus verſetur noſtræ poteſtati ſubiectis, an vero alienis? Quod ſi in alienis: in promtu ſit, illud ad te nihil attinere.

Εὐθὺς οὖν ... τραχεῖ... ὅτι φαντασία ... τως τὸ φαι... ἔπειτα ... ζε τοῖς κα... τοις, οἷς ... εις. πρώτῳ δὲ τούτῳ, καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι οὐδὲν πρός σε.

Irrita incommodorum fuga calamitoſum, fruſtratio cupiditatum infortunatum facit.

CAP. VI. — ΚΕΦ. ϛ.

APPETITIONIS eam eſſe pollicitationē memento, fore vt conſequatur id quod appetat: Auerſationis, ne in id incidat quod auerſetur. Is porro quem appetitio fruſtratur, infortunatus eſt: qui in id incidit quod auerſatur, calamitoſus. Itaque ſi ea ſolum auerſere, quæ eorum naturæ quæ in tua poteſtate ſunt, repugnant: in eorum quæ auerſaris, nihil incides. At ſi morbum auerſeris, aut mortem, aut inopiam: calamitatem ſubibis.

Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὗ ὀρέγῃ. ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεται. καὶ ὁ μὲν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐκκλίσει [περιπιπτ.] περιπίπτων, δυστυχής. ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοι, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνῃς περιπεσῇ. νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις.

Tiro doctrinæ virtutis, ne nimium ſibi aſſumat.

...ἔκκλισιν ἀπ...
...ν ...ῶν ἐφ' ἡ...
...ἐπὶ τὰ παρ...
...ἶν τὴν ὄρε-
...ι τῷ παρόν-
...γὰρ ὀρέγῃ τῶν
...ν..., ἀτυχεῖν
...ἡμῖν, [ὅσων]
...ὂν ἂν, οὐδέπω
...ὀρεγ... ...σοι ἐρμᾶν καὶ
πάρεστι. ...
...ὁρμᾶν χρῶ ...κούφως μέν τοι,
...καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνει-
μένως.

in eas ...
ræ eoru...
trij ſunt, ...el ppe...
titionem autem ...eme tem-
pore prorſus auferto. nam
ſi ea quæ noſtri arbitrij no...
ſunt, deſideraris, fruſtra
neceſſe erit. Ea vero qu...
nobis parent, quatenus re-
ĉte poſſint expeti, nondu...
es aſſecutus. Sed eo tantum vtitor motu animi, quo v...
accedas ad eas res, vel ab iiſdem recedas: verum leuiter, ...
cum imminutione, & remiſſe.

Adamatæ rei naturæ conſideranda.

ΚΕΦ. η.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείας [παρεχόντων] παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις· κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, οὐ ταραχθήσῃ. ἂν [παιδία] παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ.

CAP. VIII.

SINGVLIS in rebus, q... vel delectāt, vel vſui ſe... uiunt, vel diliguntur: m... mento conſiderare cuiu... modi ſint, exorſus a mini... tiſſimis. Si ollam * dilig... te ollam diligere. nam confracta, non perturbab... ris. Si filiolum, aut vxore... hominem a te diligi. na... eo mortuo, non perturb... beris.

Adiuncta cuiuſque negotii conſideranda.

ΚΕΦ. θ.

Ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν

CAP. IX.

OPVS aliquod aggreſſ... rus, ipſe tibi ſubiicit... cuiuſmodi ſit illud opus.

lauatu...

[l]uatum abie[n]s, ea tibi ori[-]
[pr]onito, quę fiunt in balneo:
[a]lios perfundi, alios loco
[p]elli, alios conuitia facere,
[a]lios furari. Sic tutius rem
[a]ggredieris, ſi ipſe tibi d[ixer]is: Et ſtatim lauabo, & me-
um inſtitutum na[tu]ræ con-
gruens conſeruabo. Eodem-
que modo in vnoquoque
negotio. Sic enim, ſi quid
impedimento lauationi tuę
fuerit, in promtu erit. Equi-
dem non ſolum volui: ſed &
inſtitutum meum, naturæ
conſentaneum, tueri volui.
Neque vero tuebor, ſi ea
quæ fiunt, ægre tulero.

λουσόμενος ἀπίῃς, σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βα- λανείῳ· τοὺς ἀπορρέοντας, τοὺς κρουομένους, τοὺς λοιδορουμένους, τοὺς κλέπτοντας. καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι εὐθὺς λούσασθαι [...] καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν [...] φύσιν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἄν [τι] πρὸς τὸ λούσασθαι ἐμποδὼν, πρόχειρον ἔσται, διότι [ἀλλ' οὐ] οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

1 Opinionibus, non ipſis rebus perturbamur.
2 Sapiens ſine querela.

CAP. X.

1 HOMINES perturbantur non rebus: ſed iis quas de rebus habent, opinionibus. Verbi cauſa: Mors non eſt malum. alioqui enim & Socrati ita viſum eſſet. Sed opinio de morte, quæ malum eam facit. Cum igitur impedimur, aut diſtrahimur: non alios culpemus, ſed noſmetipſos, hoc eſt, noſtras opiniones. Alios accuſare in calamitate ſua, hominis eſt ineruditi: 2 ſeipſum, eius qui erudiri cœpit: nec ſe, nec alium, eruditi.

ΚΕΦ. ι.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. οἷον θάνατος οὐδὲν [δεινὸν, καὶ διότι,] δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, [ὅταν ἐμποδιζώμ. ἢ σπαραττώμεθα.] ὅτι δεινόν. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, ἢ ταραττώμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτοὺς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. ἀπαιδεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς. ἠργμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ. πεπαιδευμένου, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

[B]onis, non fortunæ muneribus gloriandum.
[V]ſus viſorum hominis proprius.

ΚΕΦ. ια.

[Μ]ὴ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλο-[τρ]ίῳ προτερήματι. εἰ ὁ [ἵππ]ος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἄν, [ὅτι καλό]ς εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. σὺ δ' [ὅταν εἴπ]ῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵπ-[πον καλ]ὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππου ἀγαθῷ [ἐ]παίρῃ. τί οὖν ἐστι σόν; χρῆ-[σι]ς φαντασιῶν. ὥσθ' ὅταν ἐν χρή-[σει] φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῇς, [τηνι]καῦτα ἐπαρθήσῃ· τότε γὰρ ἐπὶ τῷ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

CAP. XI.

NVLLA aliena præſtantia efferaris animo. Si equus ſemet iactans diceret, S[u]m pulcer: ferendum eſſet. [T]u vero cum inſolenter gl[o]riaris, te pulcrũ equum habere: ſcito, equo te bono ſuperbire. Quid igitur eſt tuum? 2 Vſus viſorum. Quapropter cum in vſu viſorum ita moratus fueris, quemadmodum natura poſtulat, tum effereris. Tum enim aliquo tuo bono lætaberis.

Animo in Deum intento, rebus cæteris obiter vtendum.

ΚΕΦ. ιβ.

ΚΑθάπερ ἐν πλῷ, τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργον, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξῃ, ἢ βολβάριον [πίπτεσθαι] τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, μήποτε [ποτ]ε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ· κἂν τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα. οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται ἀντὶ βολβίου καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, οὐδὲν κωλύσει. ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα πάντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ

CAP. XII.

QVEMADMODVM in nauigatione, ſubducto nauigio, ſi aquatum exieris, obiter fortaſſis etiam cochleolam colliges, aut bulbum: animo autem in nauigium intento eſſe oportet, ac continenter ſolicito, ne gubernator vocet: a[c] tum illa omnia relinquere vt ne vinctus tanquam oue[s] in nauim coniiciaris. Ita etiam in vita, ſi tibi vice cochleæ aut bulbi, detur vxorcula & puer: nihil impediet At ſi gubernator vocarit, curres ad nauim, relictis illis omnibus: neque reſpicies. Quod ſi ſenex es, caue vn quan

uam a naue recedas longius: ne quando vocatus, deſicias.

γέρων ῆς, μήποτε ἀπὸ τοῦ πλοίου μακρὰν ... λοῦντος ἐλλίπῃς.

1 Non optandum ... quod fieri nequit.

2 Animus ... utus, nulla re impeditur.

CAP. XIII.

NE ... quæ fiunt ... ita fieri quæque velis, vt fiunt. Morbus eſt corporis impedimentum, inſtituti non item, niſi ipſe velis. Claudicatio, pedis eſt impedimentum: inſtituti non item. 2 Quod ſi ſingulis in rebus, quæ incidunt, conſideraris: inuenies eas alterius cuiuſpiam rei, non tui, eſſe impedimentum.

ΚΕΦ. ιγ.

ΜΗ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις. ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις. νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ ... θέλῃ. χώλανσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε· εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, [σὸν] σοῦ δὲ οὔ.

Animi vires aduerſis rebus & prauis cupiditatibus opponendæ.

CAP. XIIII.

QVICQVID inciderit, in eo memento, ad te conuerſus, inquirere, qua facultate ſis ad vſum eius inſtructus. Si quem formoſum formoſamve videris: ad eam rem temperantiæ facultas in promtu erit. Si labor obiectus fuerit, tolerantiam reperies. Si conuicium, patientiam inuenies. Quod ſi te ita conſuefeceris: viſis non obtemperabis.

ΚΕΦ. ιδ.

ΕΦ᾽ ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων, μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλήν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν. ἂν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενον σε, οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

Non amittimus noſtra, ſed Deo ſua reſtituimus.

ν. ιε.

CAP. XV.

Μ ...ποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴ-
πῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ,
ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀ-
πέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀ-
...η; οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀπεδό-
...ὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί
μέλει, [διὰ τίνος] διὰ τίνος
...ς ἀπῄτησε; μέχρι δ' ἂν
ὡς ἀλλοτρίου αὐτοῦ ἐπιμε-
...ς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόν-
...ες.

NVNQVAM te quicquam perdidiſſe dicito, ſed reddidiſſe. Filiolus obiit? redditus eſt. Prædium eſt ereptum? an non id quoque eſt redditum? At improbus eſt qui eripuit? Quid id tua refert, per quem, is qui dederit, abs te repetierit? Sed quandiu conceſſerit, tãquam alienum, id curato, vt cauponam viator.

Animi culturæ cætera omnia poſthabenda.

ΚΕΦ. ιϛ.

CAP. XVI.

ΕἸ προκόψαι θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους διαλογισμούς· ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐχ ἕξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸ παῖδα, πονηρὸς ἔσται. κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον. κρεῖττον δὲ, τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σε κακοδαίμονα.

SI quid proficere ſtudes, iſtiuſmodi cogitationes miſſas facito: Si mea neglexero, non erit vnde viuam: Niſi puerum caſtigaro, malus erit. Præſtat enim perire fame, timoris ac moleſtiæ expertem: quam copiis omnium rerum circumfluentem, animo viuere perturbato. Et puerum malum eſſe præſtat, quam te infelicem.

1 A contemtu vilium rerum ad maiora veniendum.
2 Exſpectanda ingrata.

ΚΕΦ. ιζ.

CAP. XVII.

ἌΡξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπτεται οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια, τοσούτου ἀταραξία· προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. ὅταν δὲ κα-

1 A Paruis igitur auſpicare. Oleum effunditur? villum ſurripitur? Subiice tibi: Tanti vænit tranquillitas, tanti conſtantia: gratis autẽ nihil acquiritur.

2 Cum

1 Cum vero puerum vocas, fieri poſſe cogita, vt præſto non ſit: &, vt ſit, nihil agat ex animi tui ſententia. Neq; vero ei tam bene ſit, vt tuarum perturbationum habeat ille poteſtatem.

λῇς τὸν παῖδα, ... μὴ δύνασθαι μὴ ὑπακοῦσαι· καὶ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι [ὧν] ὧν θέλεις. καὶ οὐχ οὕτως ἐστὶν α[ὐτῷ] καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ [μὴ ταραχ] ταραχθῆναι

1 Æquo anim[o] ferenda, mala de nobis vulgi exiſtim[ationes].
2 Plura ſimul [c]urare, difficile.

CAP. XVIII.

ΚΕΦ. ιη.

1 SI quid proficere vis, ne recuſa quo minus ob res externas, amẽs & fatuus habearis. Ne quid ſcire videri velis. Quod ſi quis aliis eſſe videaris: ipſe tibi diffidito. 2 Scito enim facile non eſſe, inſtitutum tuum in eo ſtatu, qui ſit naturæ conſentaneus, conſeruare, & res externas amplecti: ſed aliter non poſſe fieri, quin is, alterum qui curet, alterum negligat.

ΕΙ προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἀνοὺς δόξαι, καὶ ἠλίθιος. μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς [τινὸς εἶναί τισιν] τισὶ εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. ἴσθι γὰρ, ὅτι οὐ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτὸς· ἀλλὰ τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι, πᾶσα ἀνάγκη.

Fruſtra cupimus inuiolata conſeruare, quæ noſtri iuris non ſunt.

CAP. XIX.

ΚΕΦ. ιθ.

SI in id ſtudes, vt liberi tui, vxor, amici, perpetuo viuant & floreant, ſtultus es. Nam quæ in tua poteſtate non ſunt, ea in poteſtate tua eſſe vis, & aliena eſſe tua. Sic etiam ſi puerum peccare non vis, ſtultus es. Id enim poſtulas, vt vitium non ſit vitium, ſed quiddam aliud.

ΑΝ θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ. τὰ γὰρ μὴ ἐπὶ σοί. [εἰ θέλ.] θέλεις ἐπὶ σοὶ εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια σὰ [εἶναι, μωρὸς εἶ] εἶναι. οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ· θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλο τι. ἂν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος

...εἶν, τοῦτο δύνα-... τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.

At ſi eo quod appetis, fruſtrari non vis: hoc quidem potes.

Dominus quis.

ΚΕΦ. κ.

...ρος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ... τ' ἐκείνου θελομένων, ἢ ...μένων, ἔχων τὴν ἐξουσί-... τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφε-... ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι ...έτω, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις, εἰ δὲ μή, δουλεύειν ἀνάγκη.

CAP. XX.

Cuiuſque dominus is eſt, qui ea quę ipſe vult, aut non vult, poteſtatem habet vel conſeruandi, vel eripiendi. Quiſquis igitur liber eſſe volet, neque cupiat quicquam, neque auerſetur eorum quę penes alios ſunt. Sin minus, ſeruire neceſſe erit.

Quæ dantur, accipienda: quæ negantur, non appetenda.

ΚΕΦ. κα.

ΜΕμνησο, ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατὰ σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν γένηται κατὰ σε. οὕτω πρὸς τέκνα. οὕτω πρὸς γυναῖκα. οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς πλοῦτον, καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλ' ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅ-

CAP. XXI.

MEmento ſic in vita eſſe verſandum, tanquam in conuiuio. Si quid circunferendo ad te peruenerit, porrecta manu partem modeſte capito. Præterit? Ne detine. Nondum adeſt? Ne longe appetitum extēdito: ſed exſpecta, dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, ſic erga coniugem, ſic erga magiſtratus, ſic erga diuitias ſi affectus fueris: aliquando dignus eris conuiuio deorum. At vero ſi oblata etiam non acceperis, ſed deſpexeris, non conuiua deorum modo, ſed & imperij conſors eris. Sic enim cum facerent Diogenes, Heraclitus, & ſimiles, merito diui-

ni vt

ni vt erant, ita & dicebantur.

μοιοι, ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

Humanitatis ita habenda ratio, vt animi tranquillitas retineatur.

CAP. XXII. — ΚΕΦ. κβ.

CVm eiulantem quempiam videris in luctu, ſiue peregre profecto filio, ſiue rebus amiſſis: caue ne te viſum illud moueat, vt exiſtimes verſari eum in malis ob externa. ſed ſtatim ipſe tecum diſtinguito, ſitque in promtu vt dicas: Iſtum affligit non caſus ille (alium enim non affligit) ſed concepta de eo opinio. Ac oratione quidem tua eius perturbationi ſubſeruire, ne dubita: atque adeo, ſi res ita tulerit, congemiſcere. Cauebis autem, ne intrinſecus etiam congemiſcas.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότα τὰ ἑαυτοῦ, πρόσεχε μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔστω πρόχειρον, ὅτι τοῦτον θλίβει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων. μέχρι μέντοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ· κἂν οὕτω τύχῃ, συνεπιστενάξαι. πρόσεχε μέντοι, μὴ καὶ ἔσωθεν συνεπιστενάξῃς.

Vitæ fabula Dei arbitratu peragenda.

CAP. XXIII. — ΚΕΦ. κγ.

ACtorem eſſe fabulæ talis, qualis magiſtro probata fuerit, te memento: ſi breuis, breuis: ſi longa, longæ. Si mendicum agere te voluerit: fac eam quoque perſonam ingenioſe repræſentes. Ita ſi claudum, ſi principē, ſi plebeiū. Hoc enim tuum eſt, datam perſonā bene effingere: eam autem eligere, alterius.

Μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἷον ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχύ, βραχέος· ἂν μακρόν, μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλόν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστι, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτό, ἄλλου.

Vir prudens ex omni euentu fructum capit.

ΚΕΦ. κδ.

Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ καὶ λέγε, ὅτι τούτων οὐδέν ἐπισημαίνεται, τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί. ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ,τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν, ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

CAP. XXIIII.

SI coruus inauſpicatum crocitarit, ne te viſum illud moueat, ſed ipſe tecum diuide ſtatim, & dic: Nihil iſtorum mihi portenditur, ſed aut corpuſculo meo, aut reculæ meæ, aut exiſtimationi, aut liberis, aut vxori. Mihi autem fauſta omnia portenduntur, ſi ego voluero. Quicquid enim iſtorum acciderit, ex eo penes me eſt, fructum vt capiam.

Paria viribus ſuſcipienda.

ΚΕΦ. κε.

ΑΝίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπὶ σοὶ νικῆσαι.

CAP. XXV.

INuictus eſſe potes, ſi in nullum certamē deſcendas: quod vincere, tui arbitrij non eſt.

1 *Qui omnia bona a ſeipſo petit: is nec miratur quenquam nec inuidet vlli.*

2 *Vna ad libertatem via, rerum externarum deſpicientia.*

ΚΕΦ. κϛ.

ΟΡα μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ μεγαλοδυναμοῦντα, ἢ ἄλλως εὐδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ [ἀγαθοῦ] ἀπαθοῦς ᾖ, οὔτε ὁ φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει. σὺ δὲ αὐτὸς οὐ στρατηγός, οὐ πρύτανις ἢ ὕπατος εἶναι θελήσεις, ἀλλ' ἐ-

CAP. XXVI.

1 SI quem eximiis honoribus affectum, aut ampla poteſtate præditum, aut alioqui florentem videris: vide ne quando beatum illum prædices, viſorum impetum ſecutus. Nam ſi in rebus noſtræ poteſtati ſubiectis vis trāquillitatis conſtiterit, nec inuidia nec æmulatio locum habebit: tuque ipſe non imperator, non ſenator,

nator, non conſul eſſe voles, ſed liber. 2 Ad eam autem rem via vnica eſt: eorum quæ in poteſtate noſtra non ſunt, contemtio.

λεύθερος. μία δὲ ὁδὸς πρὸς [τοῦτο] ταῦτα, καὶ ἡ καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν.

1 Nemo læditur, niſi a ſeſe.
2 Mora iudicium confirmat.
3 Differ: habent parua commoda magna moræ.

Cap. XXVII.

1 Memento, non eum qui conuitietur aut verberet, autorem eſſe contumeliæ: ſed opinionem de eis tanquam contumelioſis conceptam. Cum igitur te quiſpiam irritarit, opinione tua te irritatum eſſe ſcito. Quapropter in primis operam dato, ne viſa tibi aſſenſum extorqueant. Nam ſi ſemel tempus & moram impetraris: facilius ipſe tibi imperabis.

Κεφ. κζ.

Μέμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις [ἠρέθικε] ἠρέθικε. τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

Præmeditatione malorum gliſcunt animi.

Cap. XXVIII.

Mors & exilium, & omnia quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie verſentur: omniū vero maxime mors. Sic nihil vnquam humile cogitabis, nec impenſe cupies quicquam.

Κεφ. κη.

Θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ᾽ ἡμέραν· μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

1 Philoſopho ludibria vulgi non curanda.
2 Conſtantia victoriam parit.

KΕΦ. κθ.

Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ σχῆς. τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν [χώραν] τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σου πρότερον, οὗτοί σε ὕστερον θαυμάσουσιν. ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

CAP. XXIX.

1 Sapientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? Statim te para, quaſi futurum ſit vt deridearis: vt multi te ſubſannent: vt dicant, te ſubito philoſophum exſtitiſſe: vt rogent, vnde ſupercilium iſtud? Tu autem ſuperciiium ne habeto: ea vero quæ optima tibi videbũtur, ſic teneto, quaſi a Deo ſis in ea ſtatione collocatus. 2 Cæterum memento, te, ſi in eodem ſtatu permanſeris, iis tandem admirationi fore, qui te prius deriſerunt. Sin eis ſuccubueris, dupliciter fore deridendum.

In ſua cuiq; virtutis conſcientia acquieſcendum.

KΕΦ. λ.

Ἐάν ποτέ σοι γένηται ἔξω στραφῆναι, πρὸς τὸ [ἠρέθικε] βουληθῆναι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι. ἀπώλεσας τὴν ἔστασιν. ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος. εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλῃ, τῷ εἶναι σαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ,

CAP. XXX.

Si quando acciderit vt foras promineas, & alicui placere cupias: te de ſtatione tua deiectum eſſe ſcito. Quare in omnibus rebus illud tibi ſatis ſit, te eſſe philoſophum. Sin alicui etiam videri philoſophus cupis: tibi videre, idque tibi ſatis eſto.

Philoſophum vel in tenui fortuna multum prodeſſe reipubl. & virtute docenda, & exemplo morum ſuorum.

Ab vnoquoque, non niſi ea poſtulanda, quæ præſtare & poſſit & debeat.

Cap. XXXI.

1 IStæ cogitationes ne te crucient, fore vt ſine honore viuas,& nullo ſis loco. Nam ſi honore carere malum eſt: nihilo magis per alium in malo eſſe potes, quam in vitio. Nunquid igitur tui muneris eſt,imperio potiri? aut ad conuiuium adhiberi? Nequaquam. Qui igitur ea iam erit ignominia? Qui nullo vſquam loco eris? quem in iis ſolis aliquem eſſe oportet, quæ penes te ſunt, in quibus vel ſummo loco eſſe potes? At nihil opis amicis feres? quo pacto iſtud accipis? non argentum abs te habituri ſunt? nec eos in Romanam ciuitatem aſcribes? Et quis tibi dixit, ea penes nos eſſe, & non aliena munera? 2 Quis vero id alteri præſtet, quo ipſe careat? Parato ergo, aiunt, vt & nos habeamus. Si parare queo, conſeruata verecundia, & fide, & animi magnitudine, voſque eius rei viam oſtenderitis: parabo. Sin id poſtulatis, vt bona ego mea perdam, quo vos ea quæ in bonis non ſunt acquiratis: videte ipſi quam iniqui ſitis, & temerarij? Vtrum vero præoptatis?

ΚΕΦ. λα.

ΟΥτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν, ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. εἰ γὰρ ἀτιμία ἐστὶ κα[κ]ὸν, οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι [δι'] ἄλλον, οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. μή τι οὖν τὸ σὸν ἔργον ἐστὶν, τὸ [ἐξ ἀρχῆς] ἀρχῆς τυχεῖν; ἢ παραληφθῆναι ἐφ' ἑστίασιν; οὐδαμῶς. πῶς οὖν ἔτι τοῦτ' ἐστὶν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπὶ σοὶ, ἐν οἷς ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; ἀλλὰ σοὶ οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται; τί λέγεις τὸ ἀβοήθητοι; οὐχ ἕξουσι παρά σου ἀργύριον, οὐδὲ πολίτας ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις; τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κτῆσαι οὖν, φασὶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ μεγαλόφρονα, δείκνυτε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δέ με ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐστε, καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν, καὶ αἰδήμονα; εἰς τοῦτο οὖν μοι [μᾶλλον συλ.] συλλαμβάνετε, καὶ μὴ δ' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με

…άσειν ἀξιοῦτε. ἀλλ' ἡ πατρίς, ὅσον ἐπ' ἐμοί, φησίν, ἀβοήθητος ἔσται· πάλιν, ποίαν [καὶ] ταύτην βοήθειαν; [ἢ στ.] στοὰς οὐχ ἕξει διά σε, οὔτε βαλανεῖα; καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ [καὶ] γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν σκυτέα; οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν χαλκέα; ἱκανὸν δέ, ἐὰν ἕκαστος ἐκπληρώσῃ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατεσκεύαζες πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφέλεις; ναί. οὐκοῦν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. τίνα οὖν ἕξω, φησί, χώραν ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ φυλάττων ἅμα τὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς καὶ ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

Pecuniamne, an amicum verecundum & ſyncerum? Ad hoc igitur adiumento mihi eſte: non autem poſtulate vt ea faciam, per quæ illa ſim amiſſurus. At enim patriæ per me nihil affertur adiumēti? Cuiuſmodi quæſo adiumentum? Porticus per te non habitura eſt, non balnea. Iſtuc vero quid eſt? Neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neque arma per ſutorem. Satis autem fuerit, ſuo quēque fungi munere. At ſi quem alium ei ciuem inſtrueres integrum & verecundum, nihilne eam iuuares? Imo vero. Proinde ne tu quidem patriæ fueris inutilis. Quem ergo locum, inquis, habebo in vrbe? Quem poteris, integritate & verecundia conſeruata. Sin illi profuturus, hæc abieceris: quis ei tui fuerit vſus, qui impudens & perfidus euaſeris?

1 *Inuidendum nemini gratulandum omnibus.*
2 *Beneficium vulgo propter officium datur.*
3 *Qui fructu caret, etiam ſumtu & moleſtia caret.*

ΚΕΦ. λε.

Προετιμήθη σού τις ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβουλίαν; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος· εἰ δὲ κακά, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δέ, ὅτι οὐ δύνασαι, μὴ [ταὐτὰ] ταῦτα ποιῶν, πρὸς

CAP. XXXII.

1 EST tibi prælatus aliquis in conuiuio, aut ſalutatione, aut dandi conſilij officio? Siquidem iſta bona ſunt, gratulari debes illi, cui ea contigerunt. Sin mala, ne doleas te in ea non incidiſſe: ſed memento, cum ea non agas quibus illa parantur

rantur quæ in noſtra poſtate non ſunt, fieri non oſſe vt eadem tibi tribuanur. 2 Nam qui valebit tanum is qui fores non frequentat, atque is qui frequentat? qui non aſſectatur, tque is qui aſſectatur? qui on laudat, atque is qui lauat? Iniuſtus igitur eris, & iexplebilis, ſi non numera eo pretio quo illa vænent, gratis ea conſequi te oſtules. Age quanti vænent lactucæ? Ponamus, obo. 3 Si quis igitur obolo da, lactucas acceperit: tu aum pretio non numerato, on acceperis: ne te deterio conditione eſſe putes eo ui accepit. Vt enim lactuas habet ille, ſic tu obolum nō dediſti. Ad eundem quoque modum & hic ſe res haet. Non inuitatus es ad cōiuium alicuius? Nec dediti quanti venit conuiuium. Vendit autem id conuiuaor laudatione, vendit obſequio. Dato igitur pretium, uanti vænit, ſi e re tua eſt. Quod ſi nec illa vis præſtae, & hæc accipere: auarus s, & væcors. Nihil igitur cœnæ vice habes? Imo habes: on laudaſti, quem noluiſti: non toleraſti eius inſolentiam n ingreſſu.

τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ ἴσον [ἔχειν δύν.] δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι. ἄδικος οὖν ἔσῃ, καὶ ἄπληστος, εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. ἂν οὖν τις προέμενος τὸν ὀβολὸν λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προέμενος μὴ λάβῃς, μὴ οἴου ἔλαττον ἔχειν τοῦ λαβόντος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ ὀβολὸν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα. οὐ παρεκλήθης ἐφ' ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι, ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου δ' αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. δὸς οὖν τὸ διάφορον, εἴ σοι λυσιτελεῖ, ὅσου πωλεῖται. εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ, καὶ ἀβέλτερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες· τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.

De noſtris caſibus non ſecus iudicandum, ac de alienis.

ΚΕΦ. λγ.

Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. οἷον, ὅταν τοῦ γείτονος ἄλλο παιδάριον κατεάξῃ τὸ ποτήριον, πρόχειρον ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον ὅτε καὶ τὸ ἄλλου κατεάγη. οὕτω μετάθες καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὐτοῦ τινος ἀποθάνῃ, εὐθὺς, οἴμοι, τάλας ἐγώ. ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες.

Cap. XXXIII.

Naturæ propoſitum e iis rebus, de quibu inter nos controuerſia eſt, cognoſci poteſt. Ex gratia: Si vicini puer poculum aut quid aliud cõfregerit, in promtu illud ſtatim eſt, ita fieri ſolere. Scito igitur, ſi & tuum cõfractum fuerit, eundem eſſe te oportere, qui fueris, cum frangeretur alienum. Sic transfe iſta ad maiora. Filius alteri us obiit, aut vxor? nemo e quin dicat, humanum id e ſe. Sin ipſi alicui id accide rit: ſtatim, Hei mihi inqui ô me miſerum. Meminiſſ autem oportebat, vt affecti ſimus, cum tale quippiam d aliis audiuerimus.

1 In nobis ſitum eſſe, ne opinione malorum perturbemur.
2 Præmeditatio & præparatio diligens ignominiam caue. & pœnitentiam.

ΚΕΦ. λδ.

Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. εἰ μὲν τὸ σῶμά σου τις ἐπέτρεπε τῷ [ἀπαντήσ.] ὑπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν. ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ; τούτου ἕνεκα, ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό. εἰ

Cap. XXXIIII.

1 Qvemadmodum abe randi cauſa meta no ponitur: ſic nec mali natu in mundo exſiſtit. Quod corpus quidem tuum ali quis obuio cuipiam permi teret, indignareris: Tu vere qui animum tuum cuilibe permittas, vt ſi conuitia ti bi dixerit, perturbetur & mœreat, nõ erubeſcis. Quã obrem cuiuſq; rei antece ſionibus & conſecutionibu conſideratis

conſideratis, ſic eam aggredere. 2 Alioqui primum alacriter eam ſuſcipies: eorum nullo, quæ conſequuntur, expenſo. poſt autem, turpitudine aliqua exorta, verecundabeis.

δὲ μή, τὴν μὲν πρώτην προθύμως [ἄρξεις, ἅτε μηδὲν] ἥξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος. ὕστερον δέ, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ.

Temeritas leuitatis & inconſtantiæ mater.

Cap. XXXV.

Vis Olympia vincere? Et ego mediusfidius, preclarũ enim habetur. Sed cõſidera, quid antecedere, quid ſequi ſoleat: atq; ita rem gerendam ſuſcipito. Oportebit te conſeruare ordinẽ: edere ingratis: abſtinere bellariis: exerceri neceſſario, & certo tempore: in æſtu, in frigore: non frigidam bibere, non vinum niſi præfinito. Ad ſummam, tãquam medico, ſic laniſtæ te tradas oportet. Deinde in certamẽ deſcẽdere: aliquando manum lædere, talum diſtorquere, multum pulueris deglutire: interdum flagris cædi, & vinci poſt hæc omnia. His omnibus conſideratis, pugilũ certamẽ ſuſcipe, ſi lubet adhuc. Sin minus, vt pueri reſilies: qui nũc pugiles ludũt, nunc tibicines, nunc gladiatores: iam tuba canunt, iam tragœdias repræſentant. Tu quoque ſic, nunc pugil, mox gladiator, poſtea orator, demum philoſophus: toto autem animo nihil. ſed

ΚΕΦ. λε.

Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγώ, νὴ τοὺς θεούς· κομψὸν γάρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἅπτου [τοῦ ἔργου] τῶν ἔργων. δεῖ σ' εὐτακτεῖν, ἀναγκοτροφεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν· ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ, εἶτα [ἐν τῷ ἀγῶνι παρέχ.] εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. ἔστι δ' ὅτε χεῖρα [λαβεῖν] βλαβεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἁφὴν καταπιεῖν· ἔσθ' ὅτε μαστιγωθῆναι, καὶ μετὰ [τῶν πάντων] τούτων πάντων νικηθῆναι. ταῦτα πάντα ἐπισκεψάμενος, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν, εἰ δὲ μή, ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ. ἃ νῦν μὲν παλαιστὰς παίζει, νῦν δὲ αὐλητάς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ· οὕτω καὶ σύ, νῦν μὲν ἀθλητής, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος· ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐδέν, ἀλλ' ὡς πίθηκος, πᾶσαν θέαν, [ἣν] ἐὰν ἴδῃς μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει, οὐ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπί τι,

1 Religionis caput, in gubernatione diuina rerum humanarum acquieſcere.

2 Religio eorum nulla, qui felicitatem in bonis animi non conſtituunt.

3 Vbi vtilitas, ibi pietas.

4 Ritum patrium veritati anteponit.

ΚΕΦ. λη.

Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα ὡς [ἐπὶ] ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ [τοὺς θεοὺς] τοῖς θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέσῃς ὡς ἀμελούμενος. ἄλλως [δὲ] τε οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν. ὡς ἄν γε τι ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακόν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε, καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι· τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι καὶ [τεθαυμακέναι] τεθηπέναι. ἀμήχανον οὖν, βλάπτεσθαί τινα οἰόμενον, χαίρειν τῷ δοκοῦντι

CAP. XXXVIII.

1 Religionis erga deos immortales precipuũ illud eſſe ſcito, rectas de eis habere opiniones: vt ſentias, & eſſe eos, & bene iuſteq; adminiſtrare vniuerſa: parendum eſſe eis, & omnibus iis quæ fiant acquieſcendũ: & ſequenda vltro, vt quæ a mente præſtantiſſima regãtur. Sic enim nec incuſabis eos vnquam, nec ab eis negligi te conquereris. Aliter 2 autẽ id fieri nequit, quam ſi iis quæ in poteſtate noſtra non ſunt, relictis, tam bona quam mala, in iis quę in nobis ſita ſunt collocaris. Nam ſi quid illorum ſenſeris eſſe bonũ aut malum, aliter certe fieri non poterit quin cũ iis fruſtratus fueris quæ velles, & in ea quæ nolles incideris, & culpes & oderis illarum rerũ auctores. Illud enim natura eſt inſitũ omni animantium generi, vt ea quæ nocitura videantur, eorumq; cauſas, fugiant & auerſentur: contra, vtilia, & cauſas eorum perſequantur & admirentur. Nulla igitur ratio eſt,

...o eſt', vt is qui noceri ſibi ...tat, eo lætetur, quod no... e videatur: vnde etiam ...ſo damno vt gaudeatur, ...ri nequit. Hinc fit, vt & ...tri filius conuitietur, cum quæ in bonis habentur, ...io non impertierit: & il... d eſt quod interfecit ... Po...icem bellum ... con... tarit, quod bonum exiſti... abant imperium. Hac de ...ſa deos exſecratur agri... la, ob hoc nauta, ob hoc ...ercator, ob hoc ij, qui libe... os & vxores amittũt: Nam vbi vtilitas, ibi etiam eſt ...ietas. Quamobrem qui id ...at operam, vt ſic & appetat ... auerſetur, quemadmodum decet: is eadem opera & pietati dat operam. 4 Libandum autem, & ſacrificandum, & offerendæ primitiæ ſunt vnicuique, ritu patrio, caſte, non luxurioſe, nec indiligenter, nec ſordide, nec ſupra facultates.

βλάπτειν. [ὥσπερ] ὅθεν καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χαίρειν, ἀδύνατον. [ἔνθεν] ὅθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. καὶ Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα τοῦτο πολεμίους ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ ἀγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τοῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεούς, διὰ τοῦτο ὁ ναύτης, διὰ τοῦτο ἔμπορος, διὰ τοῦτο οἱ [ἐκ] γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα [ἀπολλῦντες] ἀπολλύντες. ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥστε ὅστις ἐπιμελεῖται τοῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ εὐσεβείας [ἐπιμελεῖσθαι] ἐπιμελεῖται. σπένδειν δὲ καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, [ἑκάστοτε] ἑκάστοις προσήκει καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

1 Vates conſulendi non de officio, ſed de quarundam actionum euentu.
2 Quouis euentu ſapiens recte vtitur.
3 Officii ratio pericula & incommoda facit leuiora.

CAP. XXXIX. — ΚΕΦ. λθ.

1 AD vatem acceſſurus, memẽto te negotij euentum ignorare: ſed ea de cauſa adeſſe, vt eũ e vate cognoſcas. Quale autẽ id eſſet, vtiq; cum venires, ſciuiſti, ſiquidem philoſophus fueris. Nam ſi ex eorũ numero fuerit, quæ in noſtra poteſtate nõ ſunt: nec bonũ eſſe, neque

Ὅταν μαντικῇ προσίῃς, μέμνησο ὅτι μὲν, ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας, ἀλλὰ ἥκεις ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος. ὁποῖον δὲ τί ἐστιν, ἐλήλυθας εἰδώς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γὰρ ἐστι τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν.

μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν, ὄρεξιν, ἢ ἔκκλισιν. εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτὸν προσέρχῃ. ἀλλὰ διεγνωκὼς, ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον, καὶ οὐδὲν πρὸς σε. ὁποῖον δ' ἂν ᾖ, (ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς) καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει. θαρρῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς θεούς. καὶ λοιπὸν, ὅταν τί συμβουλευθῇ, μέμνησο τίνας συμβούλους παρελάβες, καὶ τίνων παρακούσῃς ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει, καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερὰ, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρους σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ' [ἐνὶ λόγῳ] ἑνὶ λόγος, καὶ σὺν τούτοις παρίστασθαι τῷ φίλῳ καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαροῦν τῷ μείζονι μάντει πρόσεχε τῷ πυθίῳ, ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ, τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ φίλῳ.

malum, omnino eſt neceſſe. Noli igitur ad vatem afferre vel appetitionem, vel auerſationem: alioqui tremens eum accedes. 2 Sed illud conſtitutum eſſe oportet, nihil inter quemuis euentum intereſſe: neque ad te attinere eorum, cuiuſcunque modi ſit. Licere enim eo recte vti, neque in eo tibi fore quenquam impedimento. Magno igitur animo Deos, vt conſiliarios, accedito. Deinde, ſi quid conſilij datum fuerit, memento quos in conſilium adhibueris: & quorum, niſi parueris, auctoritatem ſis neglecturus. Sic autem ad oraculum accipiendum accedito, quemadmodum Socrat. placebat, iis videlicet de rebus, quarum tota conſideratio refertur ad euentum: & in quibus nec ex ratione, nec ex arte alia ſuppetunt occaſiones, ad id quod propoſitum eſt, conſiderandum. Quum igitur vel amicus, vel patria cum periculo defendēdo erit: noli conſulere vatē, ſintne defendēdi! Nam ſi tibi vates prædixerit, exſta infauſta eſſe: mortem ſignificari conſtat, aut alicuius membri truncationem, aut exilium. Sed ratio tamen ſubeſt, & cum his illud etiā coniungitur: vna cum amico & patria periculū eſſe adeundum. Quamobrē ad maiorē venito vatem Pythiū: qui templo eiecit eum, qui amico in vitæ periculo non ſuccurriſſet.

Con-

Conſtituendum, quos nos, & quales eſſe velimus.

CAP. XL.

Præſcribe iam tibi formam quandam, & le-
n, quã cuſtodias: quam-
e & ipſe tecum, & in con-
ſſibus hominũ obſerues.

ΚΕΦ. μ.

Τάξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξῃς ἐπί τε σεαυτοῦ ὢν, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

Lingua moderandum.

CAP. XLI.

AC maiori quidem ex parte ſilentium præ-
etur: aut neceſſaria dican-
ır, eaque paucis. Raro au-
m, cum ſe obtulerit occa-
o, ad dicendum veniemus,
d non quiduis dicemus:
on de gladiatoribus, non
e ludis Circenſibus, non de
ugilibus, non de cibis aut
otionibus, quæ res paſſim
nculcantur. In primis au-
em de hominibus cum
verba fiunt, ne eos vel laudemus, vel cõparemus, caueatur.

ΚΕΦ. μα.

Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. σπανίως δέ ποτε καιροῦ παρακελεύοντος ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν· ἀλλὰ περὶ οὐδενὸς τῶν τυχόντων. μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων ἢ πομάτων τῶν ἑκασταχοῦ λεγομένων. μάλιστα δὲ, μὴ περὶ ἀνθρώπων λέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

Caſtigandi futiles.

CAP. XLII.

QVod ſi potes, familiarium tuorum ſermones, tuis ſermonibus, eo quo decet traducito. Sin a peregrinis circũuentus fueris, taceto.

ΚΕΦ. μβ.

Ἂν μὲν οὖν οἷός τε ἦς, μέτα γε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν συνόντων ἐπὶ τὸ πρέπον· εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀποληφθεὶς τύχοις, σιώπα.

Riſus.

CAP. XLIII.

RIſus ne ſit multus, nec ob multa, nec effuſus.

ΚΕΦ. μγ.

Γέλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

Iuſiurandum.

ΚΕΦ. μδ.

Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μή, ἐκ τῶν ἐνόντων.

CAP. XLIIII.

IVſiurandum recuſa, ſi fieri poteſt, omnino: ſin minus, quantum potes.

Conuiuia.

ΚΕΦ. με.

Ἑστιάσεις τὰς ἔξω καὶ ἰδιωτικὰς διακρούου. ἐὰν δέ ποτε γίνηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι ἡ [προσοχὴ] προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑπορρυῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συναναστρεφόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃς καθαρός.

CAP. XLV.

COnuiuia externa & popularia deuita. Sed ſi quando tulerit occaſio, animaduerſio excitetur, ne forte in vulgarem conſuetudinem prolabaris. Scito enim, ſi ſodalis pollutus fuerit, eũ etiam quem is attigerit, neceſſario pollui, etſi purus ipſe fuerit.

Vſui, non luxui ſeruiatur.

ΚΕΦ. μϛ.

Τὰ περὶ τὸ σῶμα, μέχρι τῆς χρείας ψυχῆς παραλαμβάνειν· οἷον τροφὰς, πόματα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε.

CAP. XLVI.

QVæ corpori ſeruiunt, eatenus adhibeantur, quatenus animo ſunt vſui: veluti cibi, potus, amictus, ædes, ſeruitium. Quicquid autem ad oſtẽtationem aut delicias attinet, repudiato.

Caſtitas ſine oſtentatione & acerbitate.

ΚΕΦ. μζ.

Περὶ ἀφροδίσια, εἰς δύναμιν, πρὸ γάμου καθαρευτέον. ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νόμιμόν ἐστι, μεταληπτέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικός· μηδὲ

CAP. XLVII.

ARe venerea, quantum fieri poteſt, ante nuptias purus eſto. Sin attigeris, ea legitime vtendum. Ne tamen iniquus ſis iis qui illa vtuntur, neque

eos

arguas: neque paſſim ia-,te ea non vti.

πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτοῦ οὐ χρῇ, περίφερε.

Maledicta negligenda.

CAP. XLVIII. — ΚΕΦ. μη.

I quis nuntiarit, quen-dam tibi maledicere: ne uta quæ dicta ſunt, ſed ponde, Eum neſciſſe cæ-a tua vitia. nam alioqui n illa ſola fuiſſe dictu-m.

Ἐὰν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακὰ, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγε.

Spectacula tranquillo animo videnda.

CAP. XLIX. — ΚΕΦ. μθ.

THeatra frequẽtare nõ eſt neceſſe: ſed ſi quan-o tempus tulerit, te nulli ſi tibi ipſi ſtudere appare-: hoc eſt, ea duntaxat fieri elis, quæ fiunt: & eum ſo-m vincere, qui vincit. Sic nim non impedieris. Cla-more autem, aut arriſione, ut longiore commotione enitus abſtineto. Ac poſt liſceſſum, ne multum de iis quæ acciderũt diſputa, cum ihil ad tui correctionem aciant. Alioqui ex eo appa-rebit, te ſpectaculum eſſe admiratum.

Εἰς τὰ θέατρα πολὺ παριέναι, οὐκ ἀναγκαῖον· εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ. τοῦτ' ἔστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα. οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχου. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέγου, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τούτου, ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν.

Recitationes poematum & orationum ἐπιδεικτικαί.

CAP. L. — ΚΕΦ. ν.

AD recitationes ne ve-ni, neq; facile accede.

Εἰς ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἔξει, μηδὲ ῥᾳδίως πάριθι

παρελθὼν δὲ τὸ σεμνὸν, καὶ εὐσταθὲς, καὶ ἅμα ἀνεπαχθὲς φύλασσε.

Sin acceſſeris, grauitatem & conſtantiam tuere: & id vna caue, ne cui ſis moleſtus.

In congreſſibus grauium virorum exemplis innitendum.

ΚΕΦ. να.

Ὅταν τινὶ μέλλῃς συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων. καὶ οὐκ ἀπορήσεις, τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

CAP. LI.

Cum aliquid negotii tibi futurum eſt cum aliquo, ex proceribus præſertim: ipſe tibi proponito quid in ea re facturus fuiſſet Socrates, aut Zenon. Ita fiet, vt te ratio non deficiat qua id quod obiectum fuerit, rite adminiſtres.

Difficiles magnatum aditus ferendi.

ΚΕΦ. νβ.

Ὅταν φοιτᾷς πρός τινας τῶν μέγα δυναμένων, πρόβαλε, ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλείσθη, ὅτι ἐκτιναχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι οὐ φροντιεῖ σου. κἂν σὺν τούτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε εἴπῃς αὐτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσούτου. ἰδιωτικὸν γὰρ, καὶ διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός.

CAP. LII.

Cum ad magnatum aliquem iturus es, propoſito tibi, fore vt eum domi non inuenias, vt incluſus ſit, vt occludantur tibi fores, vt ille te negligat. Quod ſi hoc rerum ſtatu venire decuerit, ea feras quæ fiunt neque ipſe vnquam tecum dicas, non fuiſſe tanti. Id enim plebeiũ eſt, & eius qui res externas calumnietur.

Περιαυτολογία vitanda.

ΚΕΦ. νγ.

Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω, τὸ τινὰ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἢ κινδύνων ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. οὐ γὰρ ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι,

CAP. LIII.

In familiaribus congreſſibus abſit facinorum aut periculorum tuorum prolixa & immodica commemoratio. Nec enim, vt tibi iucundum

adum eſt tuorum certa- num meminiſſe: ſic & a- ſuaue eſt, ea quæ tibi acciderunt audire.

οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σοι συμβεβηκότων ἀκούειν.

Riſus non mouendus.

CAP. LIIII. — ΚΕΦ. νδ.

ABſit illud etiam, ne ri- ſum moueas. Nam is iſmodi locus eſt, e quo ocliuis ſit in plebeium orem lapſus: eamque vim bet, vt tui obſeruantiam ;ile apud familiares diminuat.

Ἀπέστω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν· ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμόν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς σὲ τῶν πλησίον ἀνιέναι.

Obſcœnitas fugienda.

CAP. LV. — ΚΕΦ. νε.

)Ericuloſum eſt etiam, ad orationis obſcœnita- m progredi. Cum igitur le quippiam inciderit: aut ſi feret opportunitas) ob- ırgabis eum, qui ſermonē lum iniecerit: aut tacitur- itate ſaltem & rubore vul- ıque oſtendes, eam orationem tibi diſplicuiſſe.

Ἐπισφαλὲς δὲ, καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν οὖν τι συμβῇ τοιοῦτον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, ἐπίπληξον τῷ προελθόντι· εἰ δὲ μή, τῷ γε ἀποσιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνου δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

Voluptatem contemnere quam capere præſtat.

CAP. LVI. — ΚΕΦ. νϛ.

SI voluptatis alicuius i- maginem animo conce- eris, moderare tibi, ne ab a mouearis: ſed & rem exa- nina, & tibi ipſe deliberan- li præbe ſpatium. Deinde triuſque temporis memē- o, tum eius quo voluptate eıfrueris, tum eius quo ercepta iam voluptate do- ebis, teque ipſe obiurgabis,

Ἐὰν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, [καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων φύλασσε.] φύλασσε σαυτόν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ᾽ αὐτῆς. ἀλλ᾽ ἐκδεξάσθω [σε] σε τὸ πρᾶγμα. καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτοῦ λάβε. ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ᾽ ὃν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ᾽ ὃν ἀπολαύσας ὕστερον μετανοήσεις, καὶ αὐτὸς σε-

αὐτῷ λοιδορήσῃ, καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως [ἀπεχόμενος χαρήσῃ] ἀποσχόμενος χαιρήσεις, καὶ ἐπαινέσεις αὐτὸς ἑαυτόν. ἐὰν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, πρόσεχε μὴ [ἡττήσῃ τε] νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδὺ, καὶ ἐπαγωγόν. ἀλλ' ἀντιτίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ συνειδέναι [σεαυτῷ ταύ.] ταύτην τὴν νίκην νενικηκότι.

atque his illa confer. Si a[b]ſtinueris, fore vt gaude[as]: teque ipſe collaudes. Qu[od] ſi tibi ſuſcipiendæ rei vid[e]bitur eſſe tempus, caue te vincant eius blanditi[æ] & ſuauitates, & illecebr[æ]: ſed illud oppone, quan[to] præſtantior ſit talis victo[riæ] conſcientia?

Officio, non vulgi ſermonibus moueri debemus.

ΚΕΦ. νζ. — CAP. LVII.

Ὅταν τι διαγνοὺς, ὅτι ποιητέον ἐστὶ, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτὸ, κἂν [ἀλλοῖόν τι] ἀλλ' οἷόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεῦγε· εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

CVm facis aliquid, qu[od] faciendum eſſe ſtatu[i]ſti, nunquam recuſes int[er] id agendum conſpici: tan[etſi] etſi futurum eſt, vt vulg[us] de eo ſecus iudicet. Nam [ſi] perperam facis, rem ipſa[m] fuge. Sin recte, quid eos v[e]reris qui non recte repr[e]hendunt?

1 Non priuatæ libidini, ſed communitati ſeruiendum.
2 In conuiuiis ſeruanda modeſtia.

ΚΕΦ. νη. — CAP. LVIII.

houeſtum. [*Hactenus Budæus. Reliqua Beſſario conue tit, hoc modo.*] Quis igitur, cum aliquid dicas, cr deret tibi? aut cum indigeas, quicquam tibi præſta ret? Aut quis ſuæ compos mentis voluerit inter tu connumerari, qui in iuuentute quidem corpori bus debiles, in ſenio vero amentes efficiuntur? cui

adoleſcenti

dleſcentiam cum pigritia in
ctiis peragant, in ſenio au-
multis laboribus & in-
niratibus confringantur:
que verecundati ſuper his
egerunt, non tamen mi
i ſuper his quæ agunt gra-
atur: tanquam qui in iu
tute omnibus voluptati
i affecti, in ſenectutem ſibi
nia moleſta ſeruarunt. Ego
ſum quidem cum diis,
im vero bonis hominibus:
ilque operis boni, neque
ini, neq; humani, ſine me
i poteſt: magiſque aliis o-
ibus, & apud deos, & apud
nines optimos, honoribus
or. Etenim deſiderata co-
ratrix artificibus ſum, fida
norũ dominis cuſtos, be-
ola famulis patrona, ope-
n quæ pacis ſunt bona co-
utrix, bellicorum vero fir-
ſſima ſocia, amicitiæ opti-
i conſors. Ad hæc autem,
is neceſſariis ſuauis atque
ſta cibi potuſq; fruitio eſt:
pectant enim, quouſq, alia
iderẽt. Somnus autem vo-
tuoſior illis, quam otioſis
nit: & neque excitati mo-
te ferunt, neque ab illo de-
ati, quæ agenda ſunt, negli-
nt. Iuniores autem gaudẽt
iorũ laudibus: ſeniores ve-
lætantur iuniorũ honorib.
s quoq; geſtas a priſcis iu-
ndiſſime memoria repeten-

λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως παρῶντες, τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι, τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι. ἐγὼ δὲ σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς. ἔργον δὲ καλὸν οὔτε θεῖον, οὔτε ἀνθρώπινον χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται· τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις οἷς προσήκει· ἀγαπητὴ μὲν γὰρ συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις. εὐμενὴς δὲ παραστάτις οἰκέταις, ἀγαθὴ δὲ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων, βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός. ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις, ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπράγμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις. ἀνέχονται γὰρ ἕως ἂν ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν. ὕπνος δ᾽ αὐτοῖς πάρεστιν ἡδίων, ἢ τοῖς ἀμόχθοις· καὶ οὔτε ἀπολιπόντες αὐτὸν ἄχθονται, οὔτε διὰ τοῦτον μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσι· οἱ δὲ γεραίτεροι, ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται, καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηνται. εὖ δὲ

τοῖς παροῦσιν ἥδονται πράτ-
τοντες. δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς
ὄντες. ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τί-
μιοι δὲ πατρίσιν. ὅτ' ἂν δ'
ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος,
οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται,
ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ
χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι.
τοιαῦτά σοι ὦ παῖ τοκέων ἀ-
γαθῶν ἡράκλεις, ἔξεστι διαπονησαμένῳ, τὴν μα-
καριστοτάτην εὐ-
δαιμονίαν κε-
κτῆσθαι.

do, non minori cum iucu
tate res eis præſentes
gunt: quas ob res diis a
deſiderati amicis, hono
les patriis efficiuntur.
vero fatis datus finis per
rit, non obliuioni tradit
honoribus iacent: ſed m
ria hominum commer
in æternum florent. H
Hercules, inquit, bon
parentum fili, ſudoribus
exercendo beatiſſim
felicitatem habere.

F I N I S.

HIER

HIERONYMI WOLFII ANNOTATIONES IN ENCHIRIDION EPICTETI.

ANNOTATIO In Caput I.

.AETER Angeli Poli-
ani, & Thomæ Nao-
gi, doctiſſimorum vi-
n conuerſiones, in
culi huius interpreta-
: quinque codicibus
is ſum vſus: duobus
:æ, totidemque Ve-
s, ſed nec eodem tem-
, nec in eadem officina
s: & vno Argentinen-
iorum neque diſtinctio
um eſt eadem, & lectio
iullis in locis variat.
(ſi quid momenti ha-
viſa fuerint) annotare
n eſt, vt quid in conuer-
o ſim ſecutus, non i-
etur. Declarabimus et-
paulo accuratius ea vo-
la, quæ vt in hoc Opu-
ſubinde recurrunt, ita
us doctrinæ Stoicæ fun-
enta continent. Sumus
m ea diſtinctione ca-
n vſi, quæ lectoris &
itationi & memoriæ
modatura videbatur.

ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὑπόληψις. *In noſtra poteſtate eſt opinio.*] Negat hoc Homerus, quum, Cicerone interprete, ſcribit:

Tales ſunt hominum mentes, quali pater ipſe
Iuppiter auctiferas luſtrarit lampade terras.

Homeri verſus ſic habent:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed hunc ſcrupulum Simplicius eixmit.

οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξα, ἀρχαί. *In noſtra poteſtate non ſunt, corpus, poſſeſſio.*] Nemo negabit opinor, non eſſe noſtri arbitrij, vt perpetuo valeat, nec vllo incommodo afficiatur corpus. Nam alioqui ægrotaret, mutilaretur, moreretur nemo. Etſi enim quidam apud Plinium ſponſionem cum Fortuna feciſſe legitur, ſi vnquam ægrotaſſet: nihilominus tamen lapſu ſcalarum interiit,

Maſiniſſam & Cyrum, robuſtiſſimos reges, longa ætas exſtinxit. Iam ſi diuitiæ, gloria, imperia, cæteraque nobis in manu eſſent: quis egeret, male audiret, ſeruiret? Quis cara vxore, liberis, amicis orbaretur? Hoc igitur extra controuerſiam eſt, non eſſe iſta noſtri iuris. Illud vero cui perſuaderi poteſt, cum noſtra non ſint, ne iacturam illorum moleſtiſſime feramus? Ne iis ereptis, vim & iniuriam nobis eſſe factam opinemur? Tanta eſt inconſtantia & peruerſitas. Occurritur autem Epicteto, Natura nobis eſſe inſitum talium rerum amorem: nec poſſe fieri, quin iis amiſſis doleamus. At viciſſim rogabit Epictetus: Annon illud etiam natura ferat, vt ſępe illa amittamus? an repugnare in eo naturæ, ſit viri boni & ſapientis? Fruſtra pręſertim, & vltro augere ſibi moleſtias, quæ animi æquitate minuendæ erant? Opponimus ſcilicet philoſophis non firmiores rationes, ſed affectus noſtros & prauam cõſuetudinem: pro quibus tanquam pro aris & focis, & monumentis maiorum pugnamus: maiorene ſtultitia dicam, an calamitate? Quod ſi dies adimit

hominibûs ęgritudin
cta ratio cur non a
Cur exempla vulgi,
virorum fortium &
tum ſequi malumus
quoque Natura fert,
aſſuetudo moleſtiam
vnde poeta:

χρόνος μαλάξει, νῦν δ'
ἀκμάζει κακόν·

Malum viget iam, l
tempore.

Eſto: ſed cur non, vt
Comico, ita & nobis
tata omnia mala
ſunt, vt ne quid an
nouum? Nam & ho
Epictetus, & docuer
lim multi, nec obten
ſe quenquam pœnitu
non & diuus Paulus n
ita eſſe vtendum m
quaſi non vtamur? N
bitandi, ſed commor
cum hic nobis eſſe d
Sed hæc alibi comm
Illud non alienum
verba quæ obſcurio
dentur, quæque ſubin
currunt in hoc Opu
declarare.

ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις. In
poteſtate ſunt, opinio, a
tio, deſiderium, declin
ὑπόληψις eſt opinio, ſe
tia, perſuaſio, iudiciu
quod de quaq; re ſenti
vt, mortem & morbu

ma.

aim, diuitias & volupta-
expetendas eſſe, fugien
eſſe flagitium & dede-
philoſophiam mederi
nis. ὁρμὴν Cicero alias
titionem, alias appeti-
ſeu appetitionem ani-
alias motum animi in
etatur. Politianus co-
m vertit, ὄρεξιν appeti-
. ἀφορμὴν huius contra-
eſt auerſatio, cum ani-
abhorret a re aliqua.
ὁρμᾶν καὶ ἐφορμᾶν, ap-
re, inclinare animo ad
id: ἀφορμᾶν, auerſari,
rrere. Peculiarem enim
verba vſum habent a-
Stoicos. Eſt & ὄρεξις ap-
tus: ſed Cicero βούλησιν,
ον ὄρεξιν exponit, volū-
m quæ quid cum ratio-
eſideret. Quare ὄρεξιν (ne
abulorū numerus immi-
retur) deſiderium verti.
ισιν idem, declinationē
alis, declinationē labo-
& periculi, dixit. Simpli-
; hunc ordinē tradit: Cū
d bonum aut malū iudi-
nus, omnino commoueri
linationē aut appetitio-
ſubſequi vero ὁρμὴν, quā
mi concitationē, appro-
ntis aut improbātis, pro-
uentis aut auerſantis ali-
id, definit. αἵρεσις eſt optio
appetitio, cum Cicero τὸ
ετὸν optabile & rem expe-
tendā vertat. προαίρετον Sim-
plicius ἄλλο ἑνὸς αἱρετὸν eſſe
dicit, cum alia aliis præfe-
runtur. Quo vno verbo cō-
mode queat exprimi,

Grammatici certant, & ad-
huc ſub iudice lis eſt.

Barbari prælectionē, alij de-
lectū, alij ꝓpoſitum, alij in-
ſtitutum, alij voluntatē, alij
conſiliū interpretātur. Nos,
vt quimus, quando vt volu-
mus licet. Omnino difficile
eſt cum Græcis, præſertim
Stoicis, certare verborū co-
pia & proprietate. Quare ve-
niā ab æquis lectoribus im-
petratam velim, ſicubi Epi-
cteto & acerrimis eorum iu-
diciis nō ſatisfecerimus. Sæ-
pe enim, eruditis ſcriptori-
bus facile eſt varia vocabula
congerere: ſed eadem diſtin-
guere, grammatico aut in-
terpreti non perinde prom-
tum. Imo (ſi, quod ſentio,
dicendum eſt) ipſi auctores
ſæpe riderent & grammati-
cos & interpretes, qui earum
rerum diſtinguendarum ſo-
licita cura tenerentur, quas
ipſi aut oſtentandæ copiæ,
aut rei inculcandæ gratia
congeſſiſſent.

ὅσα ἡμέτερα ἔργα. *Quæcun-*
que noſtra actiones.] ἔργον Ci-
ceroni eſt alias opus, alias
res, alias opera, alias difficul-
tas. Ego hic ἔργον intelligo,

non munus officij, τὸ καθῆκον, in qua ſignificatione ſæpe capitur: ſed ἐνέργειαν, actionem, id quod aut animis agitamus, aut miniſterio corporis agimus, ſiue bonum ſiue malum: vt cum agimus prudenter, iuſte, fortiter, temperate: contraue libidinoſe, effœminate, iniuſte, temere: cum philoſophamur, iraſcimur, cupimus, deambulamus, lauamus, ſcribimus, legimus, & id genus alia, quæ homo ſuapte natura, ſuoq; arbitratu facere poteſt aut non facere, niſi morbo aut externa vi impediatur. Quod cū ſit, actiones illæ in poteſtate noſtra eſſe deſinunt, opinor: & opinio tantū, appetitio & deſiderium, horumque contraria declinatio & auerſatio, nobis relinquuntur. Cum autem morbi ſint, qui animum etiam tentēt, vt phrenitis, melancholia, veternus, apoplexia, epilepſia, vulnera capitis, cerebri læſiones, ſimileſque peſtes: etiam illa, niſi fallor, euaneſcunt, quæ ſola in noſtra poteſtate eſſe affirmat Epictetus. Sed loqui Stoicos de natura integra, & non impedita, probabile eſt, quę tamen quandiu talis permanſura ſit, cōſtare nemini profecto poteſt. Conſideret ergo que ſecum, veriusne iſ cantur, an magnificen Animi tamen bona do corporis, & fortunæ m ribus præſtare, ac diutu ra eſſe, extra controuer eſſe arbitror. Quicqui men egeris, nunquan conſequeris, vt a Fort tyrannide ſis immunis: eſt, vt Deus ea tibi non ferre poſſit, quę largitus Valeat ergo Thraſonica vox, & inter Stoicas hy bolas numeretur, προκα λημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν φῆρημαί σου τὴν παρείσδ hoc eſt, Anteuerti tibi I tuna, & quaſi vallo firm mo oppoſito, omnes til ditus, omnes cuniculos terclusi. Prudentius ille, diſtichon illud per ſe ir lens, picturæ hominis m tui aſcripſit: cui, ſi in CH STO ſeruatore obdormie vere conuenit:

ἐλπὶς καὶ τύχη μέγα χαίρ
τὸν λιμέν' εὗρον·
οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν· παίζ
τοὺς μετ' ἐμέ·

Inueni portum, Spes & F
tuna valete:
Nil mihi vobiſcum: lud
nunc alios.

Neque enim ſpe ſua fruſt bitur, neque timebit qui quam, mortuus in Dom no,

...ab omnib. fortunæ in-
...is & ludibriis immunis,
...ue in portu tutiſſimo ſe-
...us & beatus conquieſcet.

In Caput 4.

...ηλικούτου οὖν ἐφιέμϑυος,
...νη(ο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρί-
...κεκινημϑύον, ἅπτεϑαι αὐ-
...: *In tantarum igitur ap-
...tione rerum, ſic eas ſuſci-
...das eſſe memento, vt pror-
...omni vaces animi pertur-
...ione.*] Rectius Simpli-
... Commentarius: τηλικού-
... οὖν ἐφιέμϑυος, μέμνησο ὅτι
... εἰ μετρίως κεκινημϑύων ἅ-
...ϑαι αὐτῶν: Quum igitur
...as res appetas, ſic eas ſuſ-
...iendas eſſe memento, vt
... non mediocriter incita-
.... Quam lectionem &
...litianus eſt ſequutus. De
...ribus locutus eſt: ergo
...ικ[έ]των. Serio ſuſcipien-
... monet philoſophiæ ſtu-
...um. ergo οὐδὲ redundat,
...od quatuor reliqui codi-
...s habent: a quibus dece-
...us, verterã: Vt prorſus o-
...ni vaces animi perturba-
...one. quæ ſententia etſi
...im ἀπαϑείᾳ Stoicorum
...uenit, philoſophiæ tyroni
...men haudquaquam con-
...enit, quem incredibili cu-
...iditate ſapientiæ inflam-
...atum eſſe vult, adeo vt il-
...id ex Euangelio deſum-
...um ei dici poſſit:

ἐν μαργαρίτην τίμιον,
ἀποδοὺς ἅπαντα, λάμβανε·
Vnam margaritam pretio-
ſam omnibus opibus tuis
emito.

ἐὰν ᾗ καὶ ταῦτ' ἐθέλῃς: *Sin & has volueris.*] Scilicet, τὰ ἐκ φιλοσοφίας περιγινόμϑυα: Ea quæ Philoſophia præſtat.

καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν: *Et imperare & eſſe diues.*] Politianus addit, Domeſticos dirigere. Legit fortaſſe, τοὺς οἰκείους εὐθύνειν. quod perperam ſcriptum fuiſſe reor, pro εὐθηνεῖν, neceſſarios tuos florere. Volumus autem in primis nobis bene eſſe, mox etiam noſtris & aliis. Diſcrimen τοῦ εὐθύνω καὶ εὐθηνέω, vel pueris notum eſt.

τυχὸν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ: *Fortaſſis nec hæc ipſa aſſequeris.*] τῶν ἀρχῶν τε καὶ τοῦ πλούτου: Nec magiſtratus nec opes aſſequeris.

διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι: *Eo quod priora quoque deſiderat.*] Ea ſcilicet, quæ philoſophia confert, libertatem, tranquillitatem animi, ſecuritatem. Significat animum in duas partes diſtractum, nec fortunæ mu-

neribus, nec philoſophię bonis potiri: quod altera cura impediat alteram, nec tantam eſſe patiatur, quanta ſit opus. Sed hoc intelligatur de philoſophiæ tyrocinio. Nam præcepta rebus gerendis prælucent, & illuſtrantur vſu vitæ & crebris virtutis actionibus, ſi probe intellecta & animis infixa fuerint. Philoſophandum eſt igitur ab ineunte ætate, animo aliis curis libero, vt quæ tum cognita perceptaq; fuerint, ad parandas & tuendas opes, ad magiſtratus adipiſcendos & gerendos, ad omnes denique vitæ caſus ferendos accommodentur. τὰ πρότερα, priora dicit: vel τὰ πρότερον εἰρημένα ea quæ ante expoſuit, quæque rectum iudicium ſequuntur: non autem τὰ πρὶν φιλοσοφῆσαι, ea quæ deſideraris ante philoſophiā, vt voluptates, honores, diuitias: vel τὰ σπουδαιότερα, præſtantiora. Nam tranquillitas animi, verumque iudicium, vtique diuitiis & honoribus præſtant.

ἐκείνων ἀποτεύξῃ: *Illis excides.*] τῶν προτέρων, prioribus & potioribus: Carebis animi tranquillitate, ſi auarus & ambitioſus fueris.

In Caput 5.

Πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ: *Cuiuis viſo aſpero.*] τὸ τραχ nonnulli codices non bent, & meo iudicio rec omittitur: etſi φάρμακον φὸν adhibet Simplicius. enim φαντασίαι non tant τραχεῖαι, aſperæ: ſed eti λεῖαι, hoc eſt, leues & bl dæ. Sed quia verba hæc nus exercitatis obſcura dentur, exemplo declara ſunt. φαντασίαν (quod viſi aut viſionem Latini dic appellat eas cogitatio quæ ex rebus obiectis ori tur: vt ſi adoleſcenti ſtuc ſo & pauperi formoſa & ues mulier deſpondeat phantaſia hæc ſtatim in excitatur, rem eſſe præ ram, paucis ſui loci atque dinis talem offerri occaſ nem: non igitur eſſe neg gendam. ſpecies pręclara incautumque facile deci Sed ſi idē paulo cordati ſecum reputet, Mulieres f moſas atq; diuites, laſciu ſuperbas, faſtidioſas, im rioſas eſſe: opes non ſine r gna ſolicitudine conſerua ſe deſpectui & deriſui f affinibus, aut certe inuiſu ſi morem gerere velit vxc aut læſurum valetudine aut alia grauiora tolerat rum: neglecturum eſſe ſt dia literarum: muliercu denique non tam amant

qua

ciam prætextũ libidinum ſuarum quærentis, fore mã-lorum: fortaſſis intelliget, quod Epictetus dicit, do-ctã & formoſam mulierem non ſummũ eſſe bonum, ſed plane φαντασίαν & falſam ſpeciem: Heſiodiæ Pandoræ inſtar, pyxidem malis omnibus refertam, ſecum afferentem. Idem eſto iudicium de phantaſiis imperij, honoris, aliarumq; rerũ, quæ ſæpius inani ſpecie blandiri, quam reuera beare ſolent. Eadem fere ratio eſt rerum triſtium & aduerſarum, vt putantur, quæ ſæpe in receſſu multum boni habent, quod prima fronte nequaquam pollicẽtur: vt paupertas ſobrios, modeſtos, induſtrios plerũque facit: opulentia luxurioſos, arrogantes, ignauos.

In Caput 6.

ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία: *Appetitionis pollicitationem eſſe.*] Eſt proſopopœia quędam Cupiditatis cum homine colloquentis. Rudibus apertior eſſet oratio, ſi ita locutus eſſet: Cum aliquid appetis, fore ſperas vt id conſequaris, & voti compos fias, & reliqua.

παραπίπλων.] περιπίπλων legendũ videtur, idem quod ἐμπίπλων. vnde περίπλωσις, & περιπίτειν τύχης.

τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι: *Quæ naturæ eorũ quæ in tua poteſtate ſunt, aduerſantur.*] His aduerſantur vtique, falſa opinio, prauus & corruptus appetitus, omnes animi perturbationes, quas in hominis eſſe poteſtate volunt Stoici: non ita fortaſſis, vt nõ exſiſtant (id enim Dei cuiuſdam potius quam hominis fuerit) ſed vt rationi obediant.

In Caput 7.

Μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν: *Transfer ea quæ naturæ illorũ repugnant, quæ in noſtra poteſtate ſunt.*] Videntur & hæc rudioribus obſcura quæ dilucidiora eſſent, ſi ſcripſiſſet: Auerſare falſas opiniones, ſtultas & prauas cupiditates, turpitudinem & dedecus. Hęc enim vt fugere, ita etiam effugere poteris.

Καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως.] Politianus, cum ſupputatione: Naogeorgus, cum exceptione. Sed quia Simplicius interpretatur, μετὰ τοῦ ἐνδιδόναι τὶ ὀλίγον, καὶ μὴ εἰς ἄκρον ἐπιτείνειν, cedendo & laxando paululum, nõ ad ſummum intendendo: ego verti, cum imminutione. Etſi hæc tria, κούφως leuiter, ἀνειμένως remiſſe, μεθ' ὑπεξαιρέσεως cum imminutione, ſynonyma

fortaſſe ſunt. ὑπεξαίρεσις certe ſignificare id poteſt, cum paulatim aliquid affectui ſubtrahitur. Si quis autem intelligere mauult, cum exceptione vel conditione: ſenſus erit, vt opinor. Ea conditione res vel appete vel auerſare, ſi expetendæ fugiendæue ſint. Vult enim Epictetus, tirones philoſophiæ interdum Academico more ἐπέχειν καὶ διασκέπτεσθαι, cohibere aſſenſum, & amplius deliberare: & in ea ἐποχῇ, ἐλλείπειν μᾶλλον ἢ πλεονάζειν: hoc eſt, potius citra reſiſtere, quam vltra progredi, vt monet Iſocrates.

In Caput 8.

ἂν χύτραν στέργῃς: *Si ollam diligis.*] Etſi Epictetus, vt contemtor diuitiarum, vilium rerum exempla profert, vt balnei, vt lactucarum, & aliorum id genus: tamen Simplicius aptius, vt opinor, verbum habet, ἂν χύτραν σείῃς, ὅτι χύτραν σείεις: Si ollam tractas, aut agitas, te ollam tractare: hoc eſt, rem fragilem, & agitationis atque alliſionis impatientem, vt & vitrum. Vnde Mimographus: Fortuna vitrea eſt: quæ cum ſplendet, frangitur. Fortaſſis alluſit ad doliū Diogenis.

In Caput 9.

τοὺς ἀποῤῥέοντας.] deſtilla tes. Alij ἀποῤῥαίνοντας, ſe perfundentes, eodem ſenſ

ἐγκρουομένους.] id eſt, ἐνο λουμένους, quibus negotiu faceſſitur. Alij ἐκκρουομένε id eſt, ὠθουμένους, eos qui pr muntur, aut loco pellu tur.

In Caput 10.

Τὰ περὶ τῶν πραγμάτ δόγματα, *decreta de rebus* Et huic paradoxo medetu vt poteſt, Simplicius. Co ſiſtere certe nullo modo pc teſt, niſi aut grauiora ma nos vitare, aut maiora bor cōſequi putauerimus. Na alioqui iſta vnica, miſera i la quidem, & neſcio qua efficax in caſibus acerbiſſi mis conſolatio relinqui tur, quæ apud Homerur exſtat:

ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖ βροτοῖσι,
ζώειν ἀχνυμένους καὶ ἀτέρπ θυμὸν ἔχοντας.

Sic voluere dii, miſeris mo talibus æuum
Eſſet vt & mœſtum, & dur illætabile cura.

οἷον θάνατος οὐδὲν δεινόν: *I mortem nihil eſt mali.*] Si au anima cum corpore exſtin guitur, aut in locum melio rem transfertur. Sed ſi pœ næ ſcelerum dandæ ſunt: pe

riculoſ

riculoſæ plenum opus aleæ, ni veræ pietatis clypeo ſis munitus.

ἀπαιδεύτου ἐστίν. Ineruditi eſt.] id eſt, eius qui non conſideret, quæ ſui, quæ alieni iuris ſint: qui omnia ſuo arbitratu fieri poſtulat. id quod fieri neque poteſt, neque fortaſſe debet.

τὸ ἑαυτοῦ, Seipſum.] Agnoſcit enim culpam ſuam: ſimulque in id intentus eſt, ne denuo ad eundem lapidem impingat: hoc eſt, ne alienarum rerum ius ſibi arroget. Nā id quod antecedit, *ἐφ᾽ οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς*: verba (*ἄλλοις* & *αὐτῷ*) ſuam habent emphaſin. Dilucidius alio loco dicit, Per alium te non magis in calamitate eſſe poſſe, quam in vitio: hoc eſt, cum ſolum eſſe calamitoſum, qui male ſentiat & viuat: nō eū qui negligatur, aut male tractetur ab aliis.

In Caput 11.

ἡ χρῆσις τῶν φαντασιῶν: Vſus viſorum.] Obſcuriora videntur hæc, minus aſſuetis. Sed perinde eſt ac ſi diceret: In omnibus rebus non appetitum aut popularem opinionem, ſed rationis iudicium ſequi nos oportere. Viſis enim recte vti, quid eſt aliud, quam de rebus omnibus recte iudicare, & rationi parere, non affectui?

In Cap. 12.

Μήποτε καλοῦντος ἐκλείπῃς, Ne forte eo vocante deficias.] Politianus attexit, Inque id vinctus coniiciaris. Qui enim volens non ſequitur, neceſſitate hoc patietur. Quæ appendix nec in excuſis codicibus habetur, & eſt ſuperuacanea. Loquitur enim non de externa vi, ſed de imbecillitate virium: quę quo maior ſit ingraueſcente ætate, eo paucioribus rebus animum eſſe occupandum: quod & iis vacare, & parere philoſophiæ ſit difficilimum. Homo cœlebs (ſi cætera paria ſint) & in vita paucioribus eſſe contentus, & æquiore animo diſcedere e vita poteſt. Maritum & patrem, tam viuentem quam morientem, magis ſollicitant vxor, liberi, familia, quam ipſius ſalus. In hanc ſententiam ſcribit Cicero, trāquillitatē animi atq; ſecuritatē eo faciliorē eſſe philoſophis, quo minus pateant multa in eorū vita, quæ Fortuna feriat, & quo [illegible] multis rebus egeant: & [illegible] ſi quid aduerſi eueniat, [illegible] grauiter cadere non poſſint. [illegible] ſine vitæ inſtitut[illegible] go: gubernatore vero, [illegible]

cui qui vocanti non pareat, aut pro mancipio tractetur, aut plane deſeratur.

In Caput 13.

Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι, ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα, ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις.] Argentinenſis codex paulo aliter, ἀλλὰ θέλειν, ὡς τὰ γινόμενα γίνεται. vt ſit, ζήτει θέλειν, id ſtude vt velis: quaſi dicat, Voluntatem tuã facilius mutabis, quam naturam rerum. καὶ εὖ ποιήσεις, verti, Si ſapis. quod ſi diſplicet, repone, & recte facies Eſt enim idem quod καλῶς ποιεῖν, approbandi formula hoc loco. εὖ ποιῶ σε, bene de te mereor: & εὖ πράττω, facile agito, bene mecum agitur: non ſunt huius loci.

Χώλανσις ποδός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δ' οὔ. *Claudicatio pedis eſt impedimentum, non inſtituti.*] At dices, inſtituto conficiendi itineris (præſertim ſi iumentum aut vehiculum deſit) obſtat claudicatio. Reſpondebit Epictetus: Si præceptis meis parueris, non inſtitues iter, quod conficere non poſſis. Sic quo plura & maiora fuerint impedimenta corporis, eo magis appetitum contrahes, paucioraque ſuſcipies. At iſtud ipſum, inquis, eſt inſtituti impedimentum, eoque moleſtiſſimum. Negat Epictetus eſſe impedimentum, nihil temere & fruſtra appetere: ſed id philoſophi proprium eſſe munus affirmat. Illud certe vel ſtultus intelligit, præſtare appetitum rationi obedientem præbere, quam irritis cupiditatibus æſtuare. At eſt factu difficile. Sic Deo viſum, cui, niſi vltro feceris, parebis inuitus. Illud tamen Epictetus (vt ea quę ſequuntur, docent) non vetat, quo minus commodis tuis, quatenus & natura poſtulet, & honeſte poſſis, conſulas.

ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σὸν δὲ οὔ. *Id alterius cuiuſpiam rei, non tui eſſe impedimentum.*] Si concederet, pedem eſſe partem corporis (neque vero negat) corpus vero hominis partem eſſe (quod negare videtur) impedito pede, corpus: corpore impedito, homo ipſe, ex parte ſaltem, impediretur. Quod ſi corpus inſtrumentum eſt hominis (qua de re plura ex Simplicio afferemus) negari certe non poterit, quin mutilato inſtrumento, imperfectior & incommodior futura ſit actio. Male pugnabis gladio, cui vel capulus vel mucro defuerit. Sed hæc differantur.

In

In Caput 14.

ὃ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι, Viſis non obtemperabis.] Hoc eſt, neque voluptati, neque dolori ſuccumbes: ſed prauas cupiditates atque affectiones, ſapientiæ virtutumque præſidio ſuperabis.

In Caput 16.

Κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον: Præſtat enim emori fame, vacui doloris & timoris expers euaſeris.] Quæri non iniuria poſſit, tantane conſtantia cadat in fragilitatem humanam, vt Saguntina (quod aiunt) fame non afficiatur? Deinde quod de puero dicit, niſi ita intelligatur, vt tum demum eius cura abiiciatur, cum neque verbis neque verberibus quicquam profeceris: videbitur plena inhumanitatis oratio, & Timone μισανθρώπῳ quam homine philoſopho dignior, qui & ipſe aliquid ſtudij atque operæ ad conſociationem ciuilem afferre debet. Equidem exiſtimo ὑπερβολὰς eſſe, nimiæ ſolicitudinis reprimendæ cauſa vſurpatas. Quod ſi cauillari libeat, hypotheticam eſſe dices propoſitionem, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον, vbi & dolorem & metum propulſaris: tum enim nec fame dolebis, nec mortem metues: ſed quando id fiet? Pauciſſima certe in omnibus hiſtoriis exſtant exempla: & quæ exſtant, vt Socratis, Anaxarchi, Diogenis, Demonactis, Lælij, Catonis, & aliorum, dubitari poteſt an ſint Græcorum ingeniis ornata vehementius, & ſupra veri fidem amplificata.

In Caput 17.

ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, Non adeo ei bene eſt.] Malim ἔστω, vel εἴη, Sit. Sententia eſt, contemni potius puerum oportere, quam eius ſiue contumacia ſiue inſcitia commoueri. Abſit vt tu commouearis, cum ſtultus & improbus puer, ſiue ex inſcitia, ſiue de induſtria peccauerit.

In Caput 18.

εἰ προκόψαι θέλεις, Si proficere vis.] Scilicet, in philoſophia, & animi cultura. Eam enim προκοπὴν intelligit, qua tranquillitas animi & libertas augeatur.

ὑπομεινον ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἀνους δόξαι: Ne recuſa, propter externa videri amens.] Qui enim voluptates, opes, honores minus curat, præſertim ſi illa con-

ſequi liceat: vulgo ſtultus habetur.

κἂν δόξῃς τινὸς εἶναί τισι.] Deeſſe videtur ἄξιος, dignus aliquo: ſed non eſt opus, ſi, vt cæteri codices habent, pro τινὸς, τὶς legatur.

In Caput 19.

θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν: *Id enim poſtulas, vt vitium non ſit vitium.*] Innuit opinor, pueros & omnes mortales natura eſſe vitioſos: nec vitia propulſari, niſi per philoſophiam, cuius non ſatis capax ſit tenera & rudis ætas: quæ vt caſtiganda ſit, non tamen ſit abiicienda.

In Caput 20.

κύριος ἑκάστου ἐστὶν ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου: *Cuiuſque dominus eſt is, qui cupiditatum eius.*] Quam multos ergo Fortuna dominos nobis impoſuit? Quanto plures ipſi nobis imponimus, inſatiabili caducarum rerum cupiditate?

In Caput 21.

Παρατεθέντων Σοί. *Vbi tibi appoſuerint.*] Simplicius, παρατεθέντων, appoſitis, Sed & alterum ἐλλειπτικῶς ferri poteſt, ſi intelligas, τῶν μαγείρων τὰ σιτία, ſi coqui vel miniſtri fercula tibi appoſuerint.

... τῶν θεῶν συμπότης, *Diis dignus compotor.*] Significat, Externarum rerum deſpicientiam diuinum eſſe quiddam, & reddere Deo ſimilem.

θεοί τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο *Diuini vt erant, ita & dicebantur.*] Inſolenter vtique & imperite. Quam enim infinito interuallo vel præſtantiſſimus homo ab extrema vmbra diuinitatis abeſt?

In Caput 22.

ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει.] ὅτι ἄλλου οὐχ ἅπτεται. Alium non angit: quia non tangit. Facile omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Alterius vulnera & cędem ſpectare ſine dolore corporis poſſumus, ſed ipſi non ſine acerbiſſimo doloris ſenſu vulneramur & cædimur. Byzantinum incendium, peſtis, terræmotus, ſeditio, bellum, te Romæ degentem non angit, quia non tangit. At vero,

Et tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Sed hæc eorum querela eſt ſcilicet, quibus perſuaderi non poteſt, corpus, opes, vxores, liberos, non eſſe ipſorum, ſed iuris alieni. Secus Hiob, qui opibus & liberis amiſſis

iſſis laudauit Deum, qui quæ dediſſet, abſtuliſſet.

μέχει μὲν τοι λόγου, μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ: Verbotenus illi te accommodare ne pitita.] Sententia eſt, ne pites illius affectui & verbis & ſuſpiriis ſubſeruire, ac lorem præ te ferre. Rettit hic aliquid Epictetus Stoica ſeueritate *καὶ ἀπαθείᾳ*, vel potius *ἀσυμπαθείᾳ*, a vehementer offendunt ij qui in malis ſibi eſſe lentur: nec ſimulationem probat.

In Caput 23.

οἷον ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος, qualem voluerit magiſter.] oc eſt, ὁ ποιητὴς, εἴτε κωμῳδοποιὸς, εἴτε τραγικός: poeta, ue Comicus, ſiue Tragicus. Sic in vita Sophoclis, ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ, Edit fabulas centum & viginti tres. Quod ad rem ipſam tinet, idem Epigramma æcum docet:

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον ἢ μάθε παίζειν,
Τὴν σπουδὴν μεταθεὶς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

Vita quid eſt? iocus & ludus. Vel ludere diſce,
Curis ſepoſitis: vel cruciare miſer.

Nazianzenus idem fere ſignificat, ſed maiore grauitate & pietate, his verſibus, dignis qui memoriæ mandentur:

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάμπαν,
Μηδέ σε νικήσῃ πρὸς κακότητα δέμας.
Τυτθὸς μὲν βίος οὗτος. ὁ δ' ὄλβιος, ὡς ἐν ὀνείρῳ
Τέρπεται· ἀλλοίῃ δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχῃ.
Μούνης δὲ ζωῆς καθαρῆς βίος ἔμπεδος αἰεὶ,
Καὶ πολὺς, ὃν ζώειν ἐστὶν ἀρειότερον.

Mens age ſuſpice, terrenas age deſpice ſordes:
Corporis a vitiis neu ſubiugare caue.
Quam breuis eſt hæc vita? beatos ſomnia ludunt:
Sors vaga ſic alios, ſic alioſque rotat.
Vita diu durat, nullo peritura ſub æuo,
Sancta: labor fructu non caret ille ſuo.

In Caput 24.

Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ, *Si coruus inauſpicatum crocitarit.*] Auguriorum & auſpiciorum loco nos Aſtrologiam habemus: quæ ſi ex annuis reuolutionibus & ſiderum progreſſionibus incommoda & pericula minitabitur, Epicteti conſilio, ſed piis precibus adiunctis, vtamur.

ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ, *Fructum ex eo vt capiam.*] Quia.

Omnis commoditas ſua fert
incommoda ſecum:

& contra. Extrema vero mala, & omni conſolatione majora, vt ferenda ſint, Arrianus docet.

In Caput 25.

ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, *Inuictus eſſe potes.*] Pendet & hoc dictum e diuiſione rerum initio facta. Vincuntur, qui res alienas expetunt: hoc eſt, eas quæ ad corpus pertinent, & fortunæ in manu ſunt. Vincunt, qui prauas opiniones & cupiditates oppugnant, modo legitime certent.

In Caput 26.

ὑπὸ τῆς φαντασίας συνεπαρθεὶς, *Imaginatione concitatus.*] Alij συναρπασθεὶς, correptus, impulſus: eodem ſenſu.

ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς ᾖ: *Nam ſi in rebus noſtræ poteſtati ſubiectis, vis tranquillitatis conſtiterit.*] ἡ οὐσία τοῦ ἀπαθοῦς, idem quod αὐτὴ ἡ ἀπάθεια, quam (Ciceronem ſecuti) vel indolentiam (etſi ea potius ἀναλγησία eſt) vel vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata poſita ſit, vel vacuitatem ab angoribus [...] perturbationibus, appel[...] mus licet. Sententia eſt, [...] verbis obſcurioribus m[...] Stoico prolata: Eum qui [...] na omnia a ſeipſo petat, a[...] mo eſſe trãquillo: qui tr[...] quillo animo ſit, eum [...] inuidere, nec æmulari. C[...] enim ἀπάθεια perturbat[...] nes omnes excludat: inui[...] am vtique & æmulation[...] etiam excludere. Sin hi[...] fectus in aliquo domin[...] tur: ex eo plane colligi, p[...] cul eum ab animi tranqu[...] litate abeſſe, nec philo[...] phiæ præceptis obtempe[...] re. Sed cum apud Arrian[...] huius quoque libelli, Si[...] plicio ſi credimus, auc[...] rem, nunquam τὴν οὐσία[...] ἀπαθοῦς me legiſſe memi[...] rim: rectius id arbitror, qu[...] ibi crebro habetur, ἡ οὐ[...] τἀγαθοῦ.

In Caput 28.

Οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσῃς ἂν[...] *Neq; quicquam vehemen[...] appetes.*] Syracides, cogit[...] tionem mortis & diuini i[...] dicij a peccando deterr[...] affirmat. Quod ſi facit: m[...] to magis æquo animo [...] aduerſas ferre, ſecundaſq[...] contemnere docet, ob br[...] uem ſcilicet earum & dol[...] rem & fructum. Sic Ci[...] ro: Omnis (inquit) volupt[...]

P

r nihilo putāda eſt quod
um præterierit, perinde
ac ſi nulla fuiſſet. Sed in
gnis corporis cruciati-
& angoribus animi, v-
ora toto anno videtur
gior & vnus dies multis
lis.

In Caput 29.

ὀφρῦν μὲν μὴ σχῇς, *Tu ſuperciliosus ne esto.*] tum cogitabundū, tri- ſeueritatem ac faſtum ſupercilium intellige & c fuiſſe philoſophorum itum, e Menandri dicte- apparet: εὑρετικὴν, in- t, εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν, ὀφρῦς αἴροντες: Medi- oni aptam eſſe aiunt ſo- dinem, ij qui ſupercilia unt.

In Caput 30.

ἄν ποτέ σοι γένοιτο ἔξω στρα- φῆναι: *Si quando tibi acci- it foras verti.*] Gloriolæ iditatē & oſtentationis dium, qui affectus tar- ſime in bonis & doctis e- m viris ſeneſcit, vetat. lt, philoſophum ſeſe in- conſcientię ſuæ limites, quam cochleam intra am continere, eamque pliſſimum virtuti ſuæ atrum proponere, ſtatu ac iudicare.

εἰ δὲ καὶ δοκεῖν ὅ θέλεις, τοῦ εἶ- ναι, σαυτῷ φαίνου: *Sin etiam videri vis, quia es, ipſi tibi videre.*] Politianus τοῦ εἶναι omiſit: nec eſt ſane neceſſa- rium, ni quis interpretari velit, Quia es, vel, eſſendo (ſi dicere liceat) tibi ipſe videre philoſophus.

τὴν ἔνστασιν ἀπώλεσας, *Te de ſtatione tua deiectum eſ- ſe.*] ἔνστασις apud Dialecti- cos quid ſit, notum eſt. Hic a pugilibus tranſlatio ſum- ta eſt, qui de gradu deiecti, vincuntur. Licet ἔνστασιν, in- ſtitutum vertere: id ſcili- cet, in quo homo animo, voluntate ac ſtudio ſic inſi- ſtit, vt pugil aut miles in ſuo gradu, non ceſſurus ad- uerſario, ἔνστασις philoſophi eſt, alte ſpectantem, & ad illam ſedem & ęternam do- mum contuentem, neque ſermonibus vulgi dare ſeſe, nec in præmiis humanis ſpem ponere rerum ſua- rum. Suis illum illecebris oportet ipſa virtus trahat ad verum decus, vt ait Ci- cero. In hanc ſententiam D. quoque Baſilius præcla- re monet: οὐκ εἶναι ὃ μᾶλλον φευκτέον εἴη τῷ σωφρονοῦντι, πρὸς δόξαν ζῆν, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα σκοπεῖν, καὶ μὴ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τοῦ βίου. ὥστε κἂν

πᾶσιν ἀνθρώποις ἀντιλέγειν, καὶ ἀδοξεῖν καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ δέῃ, μηδὲν αἱρεῖσθαι τῶν ὀρθῶς ἐγνωσμένων παρακινεῖν. Hoc eſt, Nihil æque cauendum eſſe cordato viro, atque illud, ne vitæ ſuę rationem ad popularem opinionem accommodet, & quid vulgus ſentiat, circumſpectet. Rectam enim rationem vitæ ducem eſſe ſtatuendam: & ita ſequendam, vt etſi omnibus mortalibus refragandum, ſi exiſtimatio, ſi vita in diſcrimen adducenda ſit pro honeſtatis defenſione: tamen de recta ſententia nullo modo depellatur. Verum hic vigilandum, ne falſis opinionibus decepti, & rei cuiuſque natura non ſatis expenſa, pro conſtantibus rigidi, pertinaces, præfracti euadamus, & & in nugis tragœdias agamus, & nobis & aliis graues ac moleſti.

In Caput 31.

οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον: *Non potes in malo eſſe propter alium.*] Pendet hæc ſententia ex dogmate Stoico: Solum honeſtum eſſe bonum, ſolum vitium eſſe malum. Contemtus & neglectus mei, ſi ego officio fungor, non meum vitium, ergo neque meum malum eſt: ſed eorum & vitiu[m] malum, qui ex peruerſo [iu]dicio & voluntate praua immerentem contemn[unt], negligunt, male tractan[t] ficiunt.

δεικνύετε τὴν ὁδὸν, *V[iam] oſtendite.*] Significat, niſi malis artibus parar[e o]pes & dignitates: eaqu[e] cauſa viro bono illas a[s]nandas eſſe. neque enim iis loquitur, qui ſe ho[noribus] indignos præbent, ipſ[i] in cauſa ſunt vt cont[em]nantur.

ἀργύριον, ἢ φίλον π[ιστὸν]: *Pecuniam an amicum [fide]lem.*] Hoc tempore pec[uniam] plerique malunt. nequ[e e]nim pauperis amici vl[lum] eſſe vſum cenſent. Sic d[o]tæ puellæ pudicis & ben[e e]ducatis præferuntur, ſic forte ſunt tales, tale[s] permanent. Quare p[...] ignoſcendum fortaſſis qui tam incerta pudic[itiæ] & probitatis alea, diui[tias] vxorum quam paupe[rum] intemperias ferre ac tol[era]re malunt.

Καὶ τὸ ἔστω· οὐδὲ γὰρ ὑπ[ὸ] μαθ... ἔχει διὰ τὸν σκυτέα, ὅπλα διὰ τὸν χαλκέα: *N[eque] enim calceos habet per ſ[uto]rem, neque arma per fab[rum].* Sic in omnibus editioni[bus] legitur. Naogeorgus [...]

…im ſecutus, vertit: Nonne …abet calceos per ſutorem? …onne & arma per fa…rum? quaſi legiſſet, οὐχὶ γὰρ, …uod mihi ſane haud diſ…icet. Verũ e Simplicio ap…aret inuerſum eſſe verbo…m ordinem, & ſic legen…um: οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει ἀπὸ τῶν χαλκέα, οὐδὲ ὅπλα διὰ τοῦ σκυτέα: Neque enim cal…os habet a fabro ærario, …que arma a ſutore. Senſus …: Non magis a philoſo…o porticus & balnea, & …uitatem Romanam po…ulandam, quam arma a …tore, aut a fabro ferrario …lceos: cum philoſophi …unus ſit, ciues ad virtu…em inſtituere: vt ſutoris, …nficere calceos: & fabri, …ma.

οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφελες, *Nihil ne ei prodeſſes.*] Malim, vt Simplicius, ὠφέλεις, vel potius ὠφελῇς.

In Caput 32.

εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα, *Si quidem bona iſta ſunt.*] Plerique complexionem iſtam uertũt, ἀντιστρέφοντες: Quia bona ſunt, ea ſibi negata eſſe dolent: quia mala, ea eueniſſe aliis gaudent.

εἰ μὴ περιέμενος ταῦτα, *Si innumeratis his.*] Id eſt, ἀναλώσας ἢ καταβαλών. vnde οἱ ἐλευθέριοι περὶ λῆψιν χρημάτων dicuntur apud Ariſtotelem.

τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου, *Quod non ſuſtinueris vel toleraris eum in atrio.*] Videntur faſtus diuitum & ambitioſæ ſalutationes intelligi, homini ſimplici & literato moleſtiſſimæ: item τὸ φοιτᾶν, προπέμπειν, ἐπαινεῖν, ſalutationes, deductiones, laudationes. Fortaſſis autem delicati diuites in medio incédentes, paraſitis ſuis vtrinque inniti ſoliti fuerunt. Nam & hunc ſenſum verbum ἀνασχέσθαι omnino admittit.

In caput 33.

ὅταν τὸ γείτονος ἄλλο παιδάριον.] Malim, ἢ ἄλλου παιδάριον: vel, κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλο τι: Si vicini, vel alterius: aut, fregerit poculum, vel quid aliud.

ὅτι καὶ τὸ τοῦ ἄλλου, *Cum alterius.*] ἀλλὰ τὸ μὲν οἰκεῖον πιέζει, ἀλλότριον δ᾽ οὐ μέλει: Sua quemque premunt, aliena non curantur. Naturæ humanæ ſiue prauitas ſiue imbecillitas non fert, quicquid Epictetus de naturæ voluntate dicat, quicquid ſacræ literæ de impe-

rio Dei prædicent, vt alieni boni aut mali æque excitatus in nobis ſenſus ſit, atque noſtri proprii. Illud quidem natura nos docet, cum omnes eadem conditione ſimus: neque communem fortunam (vt ait Cicero) recuſandam, neque peculiarem optandam, & modice ferenda eſſe omnia: niſi indignando atque afflictando nos conduplicare mala atque exaſperare libeat.

In Caput 34.

οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν τῷ κόσμῳ γίγνεται, *Sic neque mali natura in mundo exſiſtit.*] Obſcurus & dubius locus, de quo plura ex Simpl. adducemus, qui hæc verba ſic accipit, vt quicquã eſſe mali in mundo, aut ſi ſit, a Deo eſſe, negare videatur. Ego ſimpliciter ἀπὸ κοινοῦ repetiiſſem, ſic neque mali natura exſiſtit in mundo aberrandi cauſa: hoc eſt, neceſſe eſt homines in mala incidere. Proinde præparandus ad ea prudenter & fortiter ferēda eſt animus. Naogeorgus (quem honoris cauſa nomino) cum Simplicio cõſentit, noſque noſtrapte culpa & malos. & in malis eſſe affirmat. Accipiunt illi ἐν τῷ κόσμῳ, quaſi eſſet ὑπὸ τοῦ θεοῦ: & bonum ſcopo, malum a erratione a ſcopo com rant. Recte omnino τἀ- θὸν γὰρ πάντως ἐφίεται: I num enim ab omnibus petitur: & Deus optim mala non facit: & mala f taſſe non ſunt quæ nos malis numeramus. Sed hoc ſenſerit Epictetus, i viderit. Prorſus enim ex eius verbis elici ſenſus poteſt.

εἰ μὲν τὸ σῶμά σου τις ἐπὶ τῷ ἀπαντήσαντι, *Si quis c pus tuum obuio cuique p miſiſſet.*] A minori ad i ius argumentatur, hoc m do: Cum iis iraſcereris, corporis tui violandi cu poteſtatem darent (cu modi eſt proſcriptorum ditio) quanto magis tib raſci debes, qui cuiuis an tui lædendi poteſtatem re ſoleas: cum tui arbitri lædi prorſus a nemine?

ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ κα- θούμενα, *Rei cuiuſque a ceſſiones conſidera.*] Vult (vt monet Homerus) ν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, ne quæ ante pedes modo ſ videre, ſed etiam illa q futura ſunt proſpicere. iuſmodi ſit: Si quis do adoleſcentiam inſtituat id tantum conſideret, q pium, quam tranquillu

v

vle Reipub. munus ſit, nõ abhorrebit ab eo vitæ gene-r Sed priuſquam id munus ſceperit, anteceſſiſſe oportet magno ſtudio partam editionem, & aptam inge-s rudibus docendi rationem: oportet paucis eſſe cõtentum, non recuſare moleſtias & labores, non moueri labore irrito, contemnere ingratos & ſuperbos. Sine i præparatione ad docendum qui acceſſerit, vbi negligentiam magiſtratus, iniuriam parentum, hypodidaſcalorum inſcitiam & pigritiam, diſcipulorum ſtuporem & ceſſationem, plurimorum obtrectationes, & eorum, a quibus adiuuandus erat, aduerſationes expertus fuerit, ſi ſe fruſtra fatigando nihil niſi odium quærere intellexerit, quod optima quęque ingenia immatura ætate alio transferantur, caudicibus & ſtipitibus tantum relictis: & pudebit & pœnitebit temeritatis, qui quid ipſe vellet & poſſet, tantum cõſiderarit: non iis etiam cogitatis impedimentis, quæ aliorum ſtultitia & improbitate poſſent obiici.

ἀναφαύντων τινῶν αἰσχρῶν, *Turpibus aliquibus exortis.*] Turpis eſt plerunque & ridiculus temeritatis exitus: vt & ipſa turpis eſt per ſeſe. Poſſit fortaſſis pro αἰσχρῶν legi δυσχερῶν, moleſtiis ſubortis. etſi verbum αἰσχυνθήσῃ, τῷ αἰσχρῶν bene cõuenit. Saluo tamen aliorum iudicio.

In Caput 35.

ἀναγκοτροφεῖν, *Veſcendum vel inuito.*] Plinius libro decimooctauo: Athletarum (inquit) capacitas, iumentorũ ſimilis. Et Galenus in exhortatione ad artes diſcendas οἱ ἀθλητικοὶ (inquit) τροφαῖς προσφέρονται σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις, ἄχρι μέσων νυκτῶν ἐκτείνοντες τὴν ἐδωδήν: Pugiles ſæpe coacti edunt, cœna in medias vſque noctes producta.

γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην.] Id eſt, ἀκουσίως καὶ ἀναγκαίως, inuitos & neceſſario: ſicut dicimus πρὸς βίαν, de iis quę coacti facimus.

μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν, *Non vinum, vt contigit.*] non ſuo arbitratu, ſed præfinitò, & ex præſcripto.

τῷ ἐπιστάτῃ.] magiſtro, laniſtæ: quẽ παιδοτρίβην alias appellant, ab exercẽdis pueris, & γυμνασιάρχην.

χεῖρα βαλεῖν.] Argẽtinenſis codex habet βλαβεῖν: ſed βλαβῆναι rectius legi videtur, quam ἀποβαλεῖν, aut λα-

βεῖν. Quod ſi χεῖρας βαλεῖν proiiicere manus aduerſario, & χεῖρας λαβεῖν prehendere intelligas (eſt enim quinquercionum, & impellere & attrahere aduerſariũ) vt ſententia per ſe abſurda non ſit: huic tamen loco nõ conueniet, in quo de infelici luctæ euentu agitur.

πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, *Multam haphen deglutire.*] Hoc quid ſit, declarat Ouidius libro nono Metamorphoſeωn:

Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis,
Inque vicem fulua tactu flaueſcit arena.

ἀφὴ tactus, παρὰ τὸ ἅπτεσθαι a tangendo, hic arenam ſeu puluerem ſignificat. puluis enim a pugnantibus iactari ſolet, qui Græce ἀφὴ dicitur Budæ ad l. athletas. ff. de iis, qui notantur infamia. Hinc Prouerb. citra puluerem.

In Caput 36.

ἄνθρωπε πρῶτον ἐπίσκεψαι, *Homo primum conſidera.*] Vt palæſtræ & luctæ, ſic philoſophiæ non quemlibet eſſe idoneum ſignificat: vtrique opus eſſe patientia & corporis & animi. Quibus bonis qui deſtituatur, vmbratilis potius & pugil & philoſophus futurus ſit, quam verus. Deterret i tur, vt apparet, homi molles & delicatos a phi ſophia: aut potius ad eii endam ex animo iſtam n litiem adhortatur, & ex tat. Vt enim ſcopum iſti a philoſophia propoſitu non attingamus:

Eſt aliquo prodire tenus, ſi datur vltra

Præſtat partem aliqu ſtultitiæ & vitioſitatis ab cere, quam integram vtra que retinere. Proponit ἀπάθεια, boni conſulam μετριοπάθειαν. Præſtat m derate iraſci, quam furere iræ plane reſiſtere non p ſis. Hoc idem de aliis qu que affectibus intelligat

ὁμοίως δυσαρεστεῖν, *Æq faſtidire.*] Refero ad faſ dium moroſorum hon num, in cibo & potu præſ tim δὶς ἀριστᾶν, bis prande videtur ineptum: niſi per terum prandium, ientac lum intelligatur, κατ' ἀκυ λογίαν. Plato certe epiſt ſeptima, negat quenqua poſſe fieri ſapientem, virt tiſque compotem, δὶς τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῶντα καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ, qui more Italico Siculo, bis eodem die in pleatur, & noctu nunquã ſolus dormiat. Quod aute

antec

cedit, δοκεῖς ὅτι ζῶν ζῆ πῶν ... nomen ζῶν ζῆ, ſenſum biguum facit. Sed refe- rum eſt ad philoſophi- non ad quinquercio- quorum exempli gra- mentio incidit. Igitur ποιῶν, ζῆ τῶν φιλοσόφων, φιλοσόφων: ea quæ philo- horum ſunt, ſiue, ſi phi- ophis.

γρίως. [ὥσπερ νῦν, æque vt nc: Philoſophia (inquit) in vitā affert, alios mo- poſtulat.

ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆ- *A puero contemni.*] Phi- ophi vtique contemni lgo ſolent, pugiles vero it admirationi.

αὐτῆς ἀταραξίας τούτων ..., *Redimere animi anquillitatem.*] Qui tur- lentis affectibus, vt ira, etu, cupiditate vehemen ſæpe agitatus, tranquilli imi qualemcunque gu- um ſemel duntaxat cepe t: cum haud dubie quouis retio redimendum puta- it. Sed ſubinde oggannit raua conſuetudo, animi anquillitatem negatam ſſe homini: neque fruſtra ffectandum, quod contin- ere nequeat, in nullis præ- ertim, aut rariſſimis exem- lis: iiſque imperfectis, & deæ philoſophicæ nequa- quam reſpondentibus. Pro- ficeremus tamen aliquid, ſi conaremur, & neruos inten- deremus. Id quod in iis cer- nimus, quos non philoſo- phia, ſed fortuna durius & diutius exercuit, quā mul- ta illi ferunt æquis & con- ſtantibus animis, quæ alij nullo modo poſſe ferri exi- ſtimant? Sed fit illud conſue tudine & ſtupore quodam: philoſophica vero æquani- mitas ratione moderatrice gloriatur.

ἕνα δεῖ σε ἄνθρωπον, *Vnū te oportet eſſe hominem.*] Ve- riſſimum præceptū, ac poti' oraculum: cui me ab ineun- te ætate non paruiſſe quan- topere pœniteat, dici non poteſt. Fui modo ſcholaſti- cus, modo ſcriba, modo au- licus, modo pædagogus, mo do Bibliothecæ præfectus, modo ſcholæ gubernator: idque eo vſque, vt nunc quid ſim, pene ipſe igno- rem. Mirabiliter diſtrahit varietas, & crebræ muta- tiones, ingenium. Quod ſi mihi in vno Philoſo- phiæ ſtudio ab ineunte æ- tate elaborare licuiſſet, cui me fuiſſe natū arbitror: for- taſſe profeciſſemus aliquid. Verum ita cum iis agitur, qui nec ipſi ſapiunt, & bo- norum doctorumque con-

ſiliis in adoleſcentia deſtituuntur. Magis tamen reprehendendi ſunt, qui recte monentibus non obtemperant: & diſcendi occaſione vel non vtuntur per ſocordiam, vel abutuntur ad luxum, nequitiam & omnis generis malitiam.

In Caput 37.

τοῖς σχέσεσι παραμετρεῖται.] Affectiones adhibētur tanquam norma quædam ad officia metienda. Alias διεγίσκεται, reperiuntur. σχέσεις appellat τὰ πρός τι, ea quæ cum aliquo conferuntur. quare affectiones, quam habitus, vertere malui.

ᾠκειώθης, ἀλλὰ πρὸς πατέρα.] Videtur interrogatiue legendum ᾠκειώθης, cōiunctus es? & addenda negatio, οὐκ ἀλλὰ πρὸς πατέρα: Non, ſed cum patre. Sed & hic ſtatim occurrit: Si pater pro hoſte ſe gerit, cur ego me ꝓ filio geram? In promtu eſt reſponſio: Aliena improbitas non eſt imitanda. At difficile eſt amare hoſtē? Difficilia, quæ pulcra. At iſta laude carere malo. Tuo vtique malo. Quem vero fructum ex alienæ improbitatis imitatione capis? Nullum, opinior: atque vtinam non impietatis etiam, aut certe neglecti officij cōd neris. Animi tranquilli omnino carebis, morſu ſcientiæ non carebis.

In caput 38.

ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ εὐσεβὲς, *Vbi vtilitas, ibi tas.*] O admirabilem ſei tiam, atque adeo in ſpec impiam: ſed ita tractat vt & humani animi ſim tionem retegat, & religi vix quicquam poſſit m eſſe conſentaneum.

κατὰ τὰ πάτρια, *Ritu patr* Cum pietas in animo p ta ſit, de ceremoniis i magnopere putat eſſe la randum. Quod ſi noſtro culo perſuaderi poſſet, tr quillius viueretur. Perſ deri autem poſſet, ſi pot e religione viuere, quam religione diſputare ſtud mus: ſi veritatis cupidio eſſemus quam vanitat hoc eſt, ambitionis, æmu tionis, auaritiæ, vltionis, ſi quæ ſunt aliæ peſtes a morum.

ἑκάστῳ, *Vnicuique.*] Al ἑκάστοτε, quouis tempore.

καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρ νως.] Intelligere pro εἰλικ νῶς, καὶ μὴ ὑποκεκριμένως, animo, & non ſimulate: Simplicius ſcriberet, τὸ ἐ σεσυρμένον μεταλαμβάνει τ

τῷ ἐδάφους ἀναθυμιάσεως, Id quod attrahitur, ſordibus a ſolo contaminatur. Eo igitur auctore, hoc loco frugalitas luxui, aut munditiès ſordibus opponitur.

In Caput 39.

Ὅτι πᾶν τὸ ἀποβησόμενον ἀδιάφορον, *Quicquid euenturum ſit, id eſſe indifferens.*] Hoc eſt, neque bonum neque malum per ſe, ſed pro utentis animo vel bonum vel malũ. Veteres Stoici res corporeas & externas, non bona & mala, vt ceteri mortales, ſed προηγμένα producta, prælata: & ἀποπροηγμένα reiecta, improbata nominabant, ἀδιαφορίαν Ariſtoni, Pyrrhoni & Heryllo tribuit Cicero, quos rerum aliquẽ delectum reliquiſſe negat. In horum igitur ſentẽtiam inclinaſſe videtur hic Epictetus.

μέμνησο τίνας συμβούλους παρέλαβες, *Memento quales in conſilium adhibueris.*] Neceſſe eſt vatum, augurum, aruſpicum magnam fuiſſe in diuinando ſolertiam. Alioqui enim prædictiones eorum, vir tanta grauitate, pro diuinis reſponſis non habuiſſet.

ἐξέβαλε τῆς νεώς.] Hiſtoria eſt apud Simplicium.

In Caput 40

ἐπί τι σαυτοῦ ὤν.] Id eſt, μόνος καὶ κατ᾽ ἰδίαν: cum ſolus, & ipſe tecum es, hoc eſt, cũ nullis diſtringeris alienis cogitationibus.

In Caput 41.

καιροῦ παρακαλοῦντος *Tempore comitante.*] Rectius παρακαλοῦντος, aduocante, hortante.

In Caput 42.

ἐν ἀλλοφύλοις ἀποληφθείς τύχοις, *A peregrinis circumuentus.*] τοὺς ἀλλοφύλους τοῖς οἰκείοις opponit: & eos intelligit homines, quos pro auctoritate monere non licet.

In Caput 45.

τοὺς ἔξω ἰδιωτικούς.] τοὺς ἔξω, ſcilicet τῆς ἰδίου οἴκου, foris extra tuas ædes. τοὺς ἰδιωτικούς, τοὺς ἀφιλοσόφους, conuiuia plebeiorum hominum inerudita, quæ nihil cum philoſophia commune habent, nec commercij quicquam.

In caput 47.

μηδὲ ἐλεγκτικὸς, *Ne ſis obiurgator.*] Chriſtiana caritas, & peccantes argui, & contumaces vitari iubet.

In Caput 49.

ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν, Te ſpectaculum eſſe admiratũ.] hoc eſt animo eſſe leui, & futilium rerum ſtudiõſo.

Horatius:

Nihil admirari, prope res eſt vna Numici,
Solaq; quæ poſſit facere & ſeruare beatum.

In Caput 51.

Τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης, Quid in eo feciſſet Socrates?] Id ex vtriuſque dictis & factis colligere licet, quoniam ſcripta neutrius habemus. Sed niſi eruditione & conſtantia vtriuſque præditus fueris, male tibi vertet inepta imitatio: & fortaſſis ne illi quidem vbique decorum cõſeruarunt.

In Caput 52.

Ὅτι ἐκλειχθήσονταί σοι αἱ θύραι] Sententia ſatis aperta eſt. Quid vero ſi ἐπικλειχθήσονταί σοι legatur? occludentur tibi fores cum impetu, per contemtum ſcilicet & indignationẽ. Aut eſt hypallage, pro, σὺ ἐκκλειχθήσῃ τῶν θυρῶν, eiicieris foribus. Argentinenſis codex habet, ὅτι οὐκ ἐκκλειχθήσονταί σοι, pro ἀνοιχθήσονται. Et paulo poſt, pro διαβεβλημένον πρὸς τὰ ἐκτὸς, habet διαπεπληγμένον alterũ [illegible] celli, alterum criminari [illegible] gnificat. Ego mallem π[illegible] βεβλημένον, eius qui proiec[illegible] ſit ad res externas, qui h[illegible] ſit abiectus, & rerum ex[illegible] narum mancipium: qui [illegible] iuſmodi fruſtrationes [illegible] ferre animo non didice[illegible] & contemnere.

In Caput 54.

ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπο[illegible] Lubricus enim modus] [illegible] lim τόπος, locus.

In Caput 55.

Ἐπίπληξιν τοῦ προσπελθόντ[illegible] προσελθόντι, ſcilicet εἰς αἰσχ[illegible] λογίαν.

In Caput 56.

ἀλλ' ἐνδεξάσθω σε τὸ π[illegible] γμα, Exſpectet te negotium Argentinenſis rectius o[illegible] nor, ἀλλ' ἐξητιάσθω τε τὸ π[illegible] γμα, examinetur, expen[illegible] tur.

In Caput 57.

εἰ μὴ οὐκ ὀρθῶς ποιῇς, N[illegible] ſi non recte feceris.] Cyn[illegible] impudentia, in propat[illegible] facienda ea quæ naturæ [illegible] neceſſitas, Epicteto nõ p[illegible] batur. Vult tamen philo[illegible] phum auſteriorem eſſe, c[illegible] Cicero: qui monet, alior[illegible] iudicio permulta nobis [illegible] facien[illegible]

…nda & non facienda & …anda & corrigēda eſſe. …rectius parebit, qui …cam animi cōſtantiam …lum eſt aſſequutus.

In Caput 58.

tus cauſa, ſed fugiendum aliquid in ſeſe occul
quod propter perplexitatem adumbrati boni, in
Exemplum furis. non animaduertitur. Nam qui furatur, dum a
pulentiæ ſimulacrum, vt rem appetendam fe
rem fugiendam tali opulentiæ adhærentem,
animum cum primis iniurium facit, neque no
neque veretur. Captiuitatem porro & ſupplici
quam ſolam in hac appetitione calamitatem
ſet, ob feruorem cupiditatis reiicit: illud vero
plectitur, multos qui talia faciant, non deprehe
Res quæ appetitur, examinanda. Poſſumus igitur rem quæ appetitur, examinar
ne reuera talis, an ſimulacrum duntaxat appete
rei adumbratum habeat: vt modo de opule
dicebamus. Atque illud magis etiam in noſtra
teſtate eſt, vt noſtram appetitionem erudiam
doceamus, ea quæ proprie appetenda ſunt, appe
& ſimulacris non falli. Aduerſus eos autem qu
Appetitio coerceri poteſt. cunt, quoniam appetitus appetentis, & opinio
nantis, ſuapte natura ad ſuum appetibile & op
bile feratur, non penes ipſum eſſe, vt ſic cont
feratur: ſicut neque penes glebam ſit deorſum
nam alioqui ſurſum etiam ferri poſſet. Adu
Neceſſitas externa. hos igitur dicendum, duplicem eſſe neceſſitat
vnam libertati voluntatis oppoſitam, alteram
eadem coniunctam. Externa itaque libertatem
lit (nemo enim qui extrinſecus aliquid facere c
Interna. tur, aut nō facere, libere agere dicetur) Interna
cogens omnia pro ſua natura agere, hæc mag
bertatem confirmat. Quod enim per ſe moue
pro natura ſua moueri a ſeſe neceſſe eſt: neq;
pterea ab alio mouetur. Neque enim extrinſ
neceſſitas ea prouenit, ſed cum eius quod per ſe
uetur natura coniuncta eſt: eamque conſeruat
Habitus in poteſtate hominis. ſuas actiones producit. Quod ſi habitus e
melioris & deterioris ſibi ipſe cauſa eſt anir
propter obedientiam & contumaciam: actio
etiam cauſa, quæ ab habitu oriuatur, illi erit a

bei

la. Neque tamen in omnibus libertas & pote- noſtra eo metienda eſt, quod etiam contraria e poſſit. Nam animi, bono ſemper affixi, bo- ique ampleƈtentes, liberum etiam deleƈtum nt: (neque enim is deleƈtus coaƈtus eſt) & bo- io ſemper inhærent, neque ad contrarium vn- n abſtrahuntur. Noſtri vero animi dum qui- boni ſunt, bona appetunt: cum vero mali ſunt, . Itemque a vitio tranſeunt ad virtutem, ſi cu- ur: & a virtute ad vitium, ſi negligantur: atque mque faciunt arbitratu ſuo, nullaque neceſſita- aƈti. Quare nullius vitii cauſa in Deũ conferri ſt. Etenim fecit animum qui malus fieri poſſit, uod non prima illa tantum condidit, ſed media n & poſtrema: vt ita omnia perfeƈta redde- ur, & prima vere manerent prima, non autem ema ſterilia, imbecilla euaderent, materiæue aiſcerentur. Fecit igitur animum qui malus poſſet, Deus qui bonus eſt, ob diuitias ſuæ bo- tis. Nec tamen aliter eum fieri malum paſſus iiſi ipſe voluiſſet. Aduerſus eos autem qui di- t fatali conuerſione non aƈtiones modo noſtras, & appetitiones cogi, nec quicquam liberum no- elinqui, nec libertatem aliud niſi nomen inane , dicendum eſt: ſiquidem rationis particeps nus, ortus atque interitus expers ſit (quod nunc conceſſum ſumatur, demonſtrandum alibi: t Stoici aliter de eo ſentiant) ſi igitur ortus at- interitus expers ſit rationis capax animus, ipſe obilibus cauſis effici atque affici dici non po- . Sed inſtrumentum eius, hoc eſt animal, quod corpus vitæ particeps, hoc inde commutatur. biles enim cauſæ pro diuerſa ad terrena habitu- e, alias alia efficiunt: inſtrumentum vero pro- citur aptum animo, qui eo eſt vſurus. Vt igitur ſcrimine inſtrumentorum artis, vſuros eis arti- s cognoſcere licet, hæc eſſe fabri lignarii, illa ificatoris, illa fabri ærarii: neque ſic in genere tum, ſed & habitus vtentium eis artificum, &

Libertas nõ in contrariis tantum, ſed etiam in eodem cernitur.

Cur DEVS ancipiti animo fecerit hominem.

Animus ortus & interitus expers, a ſideribus cogi nequit.

Corpus animo cuiq; pro meritis attributum, aſtris eſt obnoxium.

Ex inſtrumentis coniectura fit de artifice.

artis actiones atque opera dignoſci poſſunt
qui in artibus excellunt, etiam inſtrumentis n
ribus vtuntur) ſic aſtrorum periti, inſtrumen
turam e cauſarum diſcrimine perſpicientes,
de habitu eius qui inſtrumento ſit vſurus,
cturam capiunt, ac frequenter ſcopum attin
Nam plerique animi, in corruptis præſertim
publicis, in quas onerati vitiis, amiſſa priſtina
tate contrahuntur, cum ſeſe inſtrumentis e
dediderunt, iis non iam vt inſtrumentis ſuis,
ſui partibus vtuntur: itaque ſuas appetitione
ferunt corporibus accommodatas. Ad hæc,
conuerſio conſentanea eſt productioni anim
qua conuerſione animi corporibus inſeruntu
ita quidem vt ea cogat animos hæc aut illa a
re, ſed vt cum eorum appetitionibus conſe
Quemadmodum igitur in vrbibus ſacra ter
& loca religioſiores homines eodem congre
ad populares vero voluptates idonea, eos qui
viuunt & petulantius, contrahunt: atque ita
& temporibus etiam de appetitione & habit
qui conueniunt, capi coniectura poteſt: ſic
e temporibus & locis fatalis conuerſionis, d
mis qui ei conuenienter generantur, pronu
licet. Cum enim pro vltrice diuinæ bonitatis
habitudo fati congruens huic loco fuerit: t
eum locum animi, qui ſupplicio egent, demi
tur. In omnibus enim vim congregandi ſimil
& neceſſitudo habet. Fatum igitur, cum app
ones animorum non cogat, neq; libertatem t
ſed ipſi animi nunc cum hoc, nunc cum ali
conſentiant, & pro ſua dignitate paratis inſtru
tis, quod modo dicebam, conformentur: no
rum eſt, quas appetitiones habituri ſint, e fatali

Vitæ genus neceſſariũ, ſed ratio vitæ ac morũ libera.

uerſione cognoſci. Ac vitæ quidem genus ar
ctuntur animi pro ſuæ prioris vitæ dignitate
bitu. Vita autem bene aut male vtendi facult
in ſemetipſis habent. Vnde fit, vt nonnulli m
toriam amplexi vitam, bene viuant: & qui phi

ſtudium præ ſe ferunt, turpiter ſe gerant: quod quidem genus ipſum, veluti ruſticum aut atorium aut Muſicum, tum ipſi animi forti- r, tum locum eis pro dignitate aſſignat Deus: autem qualitatem, animi ſuo arbitratu adiun- . Proinde & laudem inueniunt, & reprehenſi- n incurrunt, pro diuerſa vitæ ratione. Ac ne obum quidem quicquam a fato inſeritur, vt am affirmari non dubitant: eo quod callidi, orum amatores atque adulteri naſcantur. Etſi quidam aſtrologi vere hæc prædicunt: id eo it, quod nos talem proprietatem inde ortam, oderate vel immoderate ſuſcipimus. Etenim tis deprauatio & calliditatem & fœdam libidi- gignit. Nam qui ſiderum impreſſionem mo- te ſuſcipiunt, adoleſcentiam tuentur: deque ea merentur. qui vero immoderate, peſtes eius rruptores euadunt. Nam & qui ſolares radios is non conniuentibus intuetur, obſcurato viſu ecatur: quamuis Sol largitor ſit luminis, au- que videndi omnibus. Cum igitur aſtrologi inde cognoſcunt, qui moderate, qui immode- vim illam ſuſcepturi ſint: alios prudentes, ali- allidos fore dicunt: ſi modo fieri poteſt, vt ha- n rerum certæ notæ, e figurarum illis delineati- ous cognoſcantur. Alia certe quidem perſpicua t omnibus: cuiuſmodi illud eſt, quod ſole Can- n peragrante, immoderato calore afficimur. obſcura & ignota iis qui artem ignorant aſtro- icam. Nam ea quæ ſemper naturam ſuam ſe- intur, & vim ab opifice inditam tuentur, ſum- que potentia prædita ſunt: omnino volunta- n etiam habere bonam, & nullius mali eſſe cau- n, conſtat. Omnis enim malitia ex imbecillitate tur: ſiquidem vires bonum quiddam ſunt. Ve- itamen bonorum etiam ſæpe affluentia & copia to maior, nocere ſolet. Atque hæc iis reſponſa t, qui propter fatum voluntatis libertatem tolle- onantur. Nunc aduerſus omnes dicatur, eos qui

Siderũ vim per ſe bonã, imbecillitate ac vitio materiæ corrumpi.

Abſurda quæ fatalē neceſſitatem conſequuntur. id quod in noſtra poteſtate eſt, & animi libertat tollant, naturam animi & ignorare, & tollere. N illius motum per ſeſe, tollunt: in quo natura e inprimis conſiſtit. Siue enim per ſeſe mouet intrinſecus e ſemetipſo excitatur ad appetitione

Animi motio. cupiditates: nec extrinſecus alicunde trahitur impellitur, vt corpora: ſiue extrinſecus mouet per ſeſe non mouetur. Deinde vitalem animi vi

Animi vires. & aſſenſionem & negationem non conſideran qui voluntatis libertatem tollunt. Quis enin ſe ipſo non animaduertit, ſe velle & nolle? am ꝺti & declinare? aſſentiri & refragari? quæ om interni ſunt ipſius animi motus, non externæ q dam impulſiones & tractationes, vt in rebus ina mis. Hoc enim viua corpora differunt ab inanir quod intrinſecus mouentur. Quod ſi verum id a quibus illa mouentur, per ſe & non aliu mouetur. Nam ſi extrinſecus illud moueret etiam corpus primum ab eo moueretur, quod trinſecus, vt ante dictum eſt, & non intrinſecus n ueret. At ſi extrinſecus moueretur: conſimili r do, vt reliqua inanima, & ipſum eſſet animæ exp

Diſcrimen virtutum & vitiorū. Præterea qui libertatem tollunt, qui velle & no qui delectum (αἵρεσιν) & conſilium (προαίρεσιν) appetitionem & declinationem ſimilesque anin rum motus tollunt, ſimul diſcrimen etiam virt

Præmia & pœna. & vitii tollunt, nec laudationē aut vituperation iuſtam relinquunt, atque etiam bonas leges hiſc

πρὸς ἀνάγκη, id eſt, voluntas coacta, non tollit libertatem. rebus latas euertunt. His vero ſublatis, vita cui modi eſt futura? Quid ab immanitate beluar diſtabit? At dicat aliquis: nonne ſæpe a tyran aut noſtris affectibus, amore atque odio coacti, atque alia ſuſcipimus, aut admittimus, non vol tes? Quo pacto ergo tum poteſtas noſtra & lit tas cernetur? Reſpondeo, tum etiam delectum iuris eſſe. Quamuis enim principaliter id optal

Qui ſine aſſenſu agit, non agit, ſed agitur. non ſit, ad quod neceſſitate ferimur: tamen det ori collatum optabile videtur, itaque id amplec mur, neque fieri poteſt, quicquam vt agas, niſi

ſenſus te facturum eſſe. Nam qui non conſulto
uid facere videtur, vt qui nolens in foueam in-
t impulſus ab alio: is inanimæ rei inſtar id fa-
c pati quam agere verius dicitur. Quare licet
ti agamus: tamen ſic agere volumus. Proinde
em neceſſitate propoſita, alii maioris mali me-
d ſuſcipiunt, quod imperatur: alii non ſuſcipi-
, quod maius malum exiſtimant id facere quod
eantur, quam pœnas contumacibus propoſitas
ire. Sic in iis etiam qui inuiti aliquid agere vi-
itur, poteſtas & libertas noſtra manet. Nec enim
m eſt voluntarium, & id quod in noſtra pote-
e eſt: ſed voluntarium id eſt, quod præcipue ex-
itur. In noſtra vero poteſtate, quod amplecti
ſumus, ſiue propter ſeſe, ſiue ob mali grauioris
gam. Fit etiam interdum, vt voluntarium cum
iito miſceatur: cum res expetenda, non plane
petenda fuerit, ſed & eius particeps quod auer-
nur. Hanc quaſi miſturam voluntarii & inuiti
obe deſcripſit Homerus, cum ait: Volens, inui-
pectore quamuis. Hæc copioſius exponere vo-
i, quod omnis fere propoſitus ſermo ab eorum
uiſione pendet, quæ in noſtra poteſtate ſunt, &
on ſunt. Nam cum is ad inſtitutionem animi per-
neat: bene ſtatim initio, vbi noſtrum bonum &
alum ſit collocandum, exponit. Et quia noſtra-
te ſponte moueamur, id in actionibus noſtris ha-
ere nos docet. Nam quæ aliunde mouentur, vt
aturam, ſic & bonum ſuum & malum aliunde
abent, pro ea affectione quæ extrinſecus eis acce-
lit. Quæ vero intrinſecus mouentur, cum ſui mo-
us & actionis ſint cauſæ: bonum quoque ſuum &
malũ in iis habent, eorumq; propriæ actiones ſunt,
n cognitione opiniones de rebus, in facultate vitali
& appetendi vi appetitiones, declinationes & deſi-
deria. Quare cum recte opinamur, cum ita vti de-
cet appetimus & declinamus, & bonum noſtrum
& naturæ conuenientem perfectionem habemus:
ſin minus, contraria. Peculiaria vero noſtra ſunt

τὸ ἑκούσιον & αὐτεξούσιον διαφέρει.

Miſta neceſſitate voluntas.

Hæc ſi longior videbitur oratio, cum magnitudine vtilitatis comparetur.

Homo bonũ ſuum in ſemetipſo poſitũ habet.

Animi functiones externa adiumenta non deſiderant.

opera hæc, vt quæ a nobis ſolis arbitratu n perficiantur. Nam rerum externarum actione artium, ſiue neceſſitatum vitæ, doctrinæ item ſciplinæ, & ſi quid his eſt præſtantius, multis e adiumentis. Opinari autem & perſequi, n propria ſunt opera, & in poteſtate noſtra ſita. Q in nobis ipſis bonum & malum noſtrum ſitun Nemo enim ea præſtare cogitur, quæ in ſua p ſtate non habet.

EPICTETVS.

IN noſtra poteſtate non ſunt, corpus, poſſeſſio, ria, principatus, quæcunque denique noſtra o non ſunt.

SIMPLICIVS.

Animus ad res fortuitas multum cōfert, ſed non omnia.

HÆC in noſtra poteſtate eſſe negat, non c animus ad hæc quoque & horum contraria ali conferat (nam & corpus, & res familiaris, an procúrante, pulcrius gubernantur: deſtituente, ius: idemque animus ſuo ſtudio & gloriam & p cipatum parat. imo ne magiſtratum quidem g ret quiſquam, in his præſertim rebus publicis, mo non aſſentiente) ſed quod his rebus non ſc ille dominetur, & ad ea conſequenda multis adiumentis egeat. Nam corpus firmum a prim ortu ſemen, & ſanam coagmentationem flagi flagitat & bonum victum, & exercitationes, ſa briaque loca, ſalubrem aerem, & aquas bonas. Q ſi omnia ſuppetant, fortius id ad cuiuſuis mun functionem efficere licebit. Neque vero quicqu horum noſtri arbitrii eſt, vt ea omnino vel con quamur omnia, vel propulſemus. Hoſtibus ce ingruentibus fortioribus, nos a nemine conſpi ægrotantes, ſubito conualeſcere vellemus. Ne trum tamen horum nobis datur. Eadem eſt & pum ratio: ad quas parandas vt multorum auxil eſt opus, ſic eædem a multis potentioribus imn

Corporis robur vnde.

Opes.

n

ſſunt. Exiſtimatio quoque de nobis, non ſita nobis, quamuis occaſiones quaſdam ei præ- is ipſi, ſed in iis qui de nobis exiſtimant. Penes im eſt, exiſtimare quicquid velint. Itaque im numen impie violent: & ſibi ipſi & aliis ſi videntur. Contraque alii, qui honeſtius & ficentius de numine ſentiunt, & humana im & imperfecta de eo profiteri recuſant, a illis impii exiſtimantur, & frugi homines qui- ardos exiſtimant. Ita nec gloria noſtri arbi- , ſed illorum quibus hoc aut illo modo ſen- nobis libuit. Iam magiſtratus ſine populo reat, & miniſtris qui operam nauent, conſtare oteſt. In quibus vero ciuitatibus vænales ſunt tratus, multoque auro addicuntur: inops pe- nullos ad magiſtratus habebit aditus, quan- s eos appetat. Sic iſta omnia non in poteſtate ſita ſunt, quia non ſunt actiones noſtræ. autem loco in diuiſione recenſet corpus, propter id iis egere cœpimus, quæ in noſtra ate non eſſent. Omnium enim bellorum pe cauſa eſt, quam ob victum & cultum corporis re cogimur.

Fama.

Magiſtratus.

Corpus egeſtatis, egeſtas bellorũ cauſa.

EPICTETVS.

C ea quidem quæ nobis parent, libera ſunt natura ſua, nec prohiberi ab vllo, nec impediri poſ- In quæ autem ius ipſi nullum habemus: ea ia, obnoxia ſeruituti, obnoxia impedimentis, s.

SIMPLICIVS.

Poſtquam dixit, quæ noſtra, quæ aliena ſint: cuiuſmodi vtraque ſint, declarat. Noſtra eſſe , quod neque vt fiant, cogi ab aliis: nec quo is fiant, prohiberi poſſunt, neque alius iis vten- teſtatem habet. Talis enim eſt libertas, quæ ris eſt, & poteſtatem habet ſui vſus. Aliena

Libertas.

vero,iis obnoxia, qui ea vel præbere vel prohi
poſſunt,dominos illos habent,iisque ſeruiunt.
ea quæ ſeipſis contenta ſunt, robuſta & firma ſi
Quæ vero alienam opem deſiderant, imbecil
egena. Illa prohiberi nequeunt, cum ſui iuris
Quis enim nos prohibebit hoc aut illo modo
nari,appetere,auerſari? Aliena vero, quæ ab ali
conferri & auferri ſolent: ſæpe quoque prohil
tur,cum vel non tribuuntur,vel adimuntur. C
ſtat igitur ea quæ in noſtra poteſtate ſunt, vt
noſtræ actiones,nobis eſſe propria. Quæ vero p
nos non ſunt,in aliorum ſita poteſtate: ea eſſe
na. Quare bona & mala, quæ in noſtra pote
ſunt, vt recte ſentire, aut male, recte appetere
perperam,noſtra bona ſunt aut mala. Quæ ve
noſtra poteſtate non ſunt,noſtra nō ſunt:ſed pa
corporis, inſtrumenti noſtri: partim pecunia
gloriolæ,remotiora etiam a nobis.

EPICTETVS.

*PRoinde memento, ſi ea quæ natura ſeruiunt, l.
putaris, & aliena pro tuis habueris: fore vt i
diaris, lugeas, perturberis, & Deos & homines a
ſes. Sin id ſolum tuum exiſtimaris, quod tuum eſt:
na vero, vt ſunt, aliena: nemo te coget vnquam
mo impediet, neminem accuſabis, neminem crim
beris, nihil quicquam inuitus ages, a nemine læ
inimicum non habebis. Neque enim quicquam c
detrimenti.*

SIMPLICIVS.

Poſtquam expoſuit quæ in nobis ſita ſint,
non ſint, & cuiuſmodi vtraque ſint, & quam
ſcum collata rationem habeant: & quæ in n
poteſtate ſint, ea eſſe noſtra: quæ non, aliena:
ceps monet, vt ea adminiſtremus, quemadmo
natura eorum fert, & non alio modo. Nam ha
bis felicitatis & miſeriæ cauſæ ſunt. Bonis p

nullum malum incidere, beatos facit. Bonis *Beatitas.*
libus rebus excidere,aut in noxias incidere, in- *Miſeria.*
es. Quod ſi bonum noſtrum in eo ſitum eſt, vt
ræ conuenienter appetamus & declinemus:
vero in rebus noſtri arbitrii ſita ſunt, in his bo-
eſt quærendum, vt omnino conſequamur id
l quærimus, (propterea quod eius adeptio pe-
nos eſt, ſiquidem appetitio & declinatio penes
eſt) & noſtrum bonum conſequamur. Sin ea
penes nos ſunt appetiuerimus,& in iis bonum
ſiuerimus: bifariam nos fruſtari neceſſe erit:
modo omnifariam, quod, etſi ea conſecuti fu-
ius, non noſtra tamen bona conſecuti ſumus:
o, quod plerunque fruſtrari neceſſe eſt eum,
aliena tanquam ſua quærit, quique ea deſide-
quorum poteſtas in aliis ſita eſt. Accidit igitur,
his etiam appetitiones impediantur, & tur-
tur, non recta via progredientes cum dolore v-
ie & luctu. Vt enim rerum expetendarum facti
potes, & euitatis contrariis delectamur: ſic re-
expetendis fruſtratos, aut in auerſandas delap-
dolere neceſſe eſt, & queri de autoribus earum
im, alias de hominibus,alias de iis qui vniuer-
tem adminiſtrant. Aliud quodque malum no-
accidit. Nam cum ea nobis eripiuntur quæ no-
iuris non ſunt,dum iis afficimur,ea etiam amit-
ius quæ in noſtra poteſtate ſunt, quæque nobis
pere nemo poteſt: rectum appetitum, & rectam
linationem. Expoſitis igitur malis quæ hanc
uerſionem ſequuntur: nunc ait, ſi recte noſtra
liena tractauerimus, & non aliena, ſed noſtra
na, & in noſtra ſita poteſtate amplexi fuerimus:
c eſt, ſi operam dederimus, vt ſecundum natu-
m appetamus & declinemus: fore vt nemo pror-
s nos cogat aut impediat ſic appetere & declina-
, ſiquidem id noſtri arbitrii eſt. Quod ſi ita eſt:
nquam etiam dolebimus. Nihil enim aliud no- *Moleſta.*
s eſt moleſtum niſi duo hæc: fruſtratio eorum *Fruſtratio.*
ıæ volumus, & eorum quæ nolumus perpeſſio. *Perpeſſio.*

Iis autem intenti rebus,quæ penes nos ſunt, ne vlla re fruſtrabimur quam deſideramus: nequ vllam incidemus quam declinamus. Itaque ne nem vnquam timebimus: ſi quidem eos timen qui aut nobis nocent, aut commoda noſtra in uertunt. Neque vero quiſquam adeo robuſtus eſ appetitiones & declinationes, in quibus bonur malum ſitum eſt, eius qui rationi congruenter uit, cogat. Quare nec inimicum quenquam ha bimus. Inimicus enim iudicatur, qui nocet. Ne vero ei nocet, cui ab alio noceri non poteſt. T igitur neque expoſtulabit cum quoquam, neque cuſabit quemquam: atque etiam nihil vnquam ciet inuitus. Hilaris igitur, ſecura, libera & vere b ta erit talis hominis vita, perturbationis exp plena voluptatis. Obſeruabis igitur, quemadr dum oſtendat, viri boni & ſapientis vitam non r do vtiliorem eſſe quam aliorum, ſed etiam iucur orem. Nam Platone auctore, Omne animal nat „ & voluptate ducitur, & moleſtias auerſatur. Res tem iucundæ partim cum bonis & vtilitatibus ſtris coniunctæ ſunt, partim cum malis & dam Proinde hic vigilandum, vt voluptates vtiles c gamus, & hiſce aſſueſcamus. Modeſtiam enim b viro ſuauiorem videri, quam luxuriam impro illud oſtendit, quod multi improbi modeſti fi Qui vero ratione & cōſilio modeſti ſunt, nunqu luxum amplectuntur. Enimuero niſi talis v modeſtis inſigniter iucunda eſſet: non eam v amplecterentur, nec in ea ſuauiter acquieſcere Vitam igitur viri boni & ſapientis iucundior etiam eſſe, demonſtrat e vitæ ratione eorum luntaria, impedimenti & iniuriarum experte, bonum & malum in iis rebus ſolis, quæ in no poteſtate ſunt, collocant.

Formidabiles. *Inimici.* *Voluptas.* *Dolor.*

EPICTETVS.

CVm igitur tantas res appetas, ſic eas ſuſcipien eſſe memento, vt ſis non mediocriter incitat ſed

lia prorſus relinquas, alia in aliud tempus diffe- Quodſi & hæc (philoſophicam animi tranquil- em) & magiſtratus atque opes etiam appetieris, iſſe nec hæc conſequeris ob priorum illorum (feli- is in animo ſita) deſiderium: illis certe quidem ino excides, per quæ ſola libertas & felicitas com- tur.

SIMPLICIVS.

Poſtquam oſtendit quibus in rebus bonum ſit um, in iis nimirum quæ in noſtra poteſtate : & qualis eorum vita ſit futura, qui id bonum petant, non autem a rebus externis & alienis: adeptione boni eam nullo modo impediri & prohiberi, nulloque damno eſſe violabilem, æ nullis noxiis rebus aditum præbeat: quæ non vtilis tantum, ſed & iucunda ſit: cuius nec titio impediatur, nec declinatio in aliquid ad- um incidat, ſed ab omni parte mali perpetuo rs & beata: nunc ſtudium & alacritatem audi- s excitat, monetque tantas res non modo non er tractandas eſſe, ſed dum iis occupatus ſis, ni- liud vel obiter agendum. Quapropter plane nqui iubet ea, quæ cum animi ratione præditi 1, naturæ conſentanea, non conſentiunt: cuiuſ- di ſunt, ſordidæ diuitiæ, principatus, imperia, itiæ & voluptates corporis, quod fieri non poſ- vt idem & his rebus occupetur, & animo exco- do ſtudeat. differri vero eas res externas iubet, æ prudenter tractatæ, bonis animi non officiũt: uſmodi ſunt, parare domum & ſeruitium, legiti- e nuptiæ, ingenuorum liberorum procreatio, iu- s magiſtratus, aliquando etiam rerum neceſſa- rum curatio. Hæc omnia, & id genus alia, in eſentia eſſe differenda, monet ſtudioſos, idq; me- o: quod nullis omnino rebus eos diſtrahi opor- t, & a ſtudio virtutis atq; exercitatione abſtrahi, i eam perfecte conſequi cupiunt. Ac eum qui externas non populariter, ſed more viri boni ad-

Relinquẽda.

Differenda.

miniſtrare voluerit: ea prudentia eſſe prædit oportebit, qua res vtiles & noxias diſcernat, & l tas appetitiones rationi obedientes præbeat, vt inſurgere illas aduerſus hanc patiatur, nec mo ſinat, niſi ob eas res appetendas quas ipſa iuſſeri quando, & quatenus: & ad illas res excitari, i præfinitum ipſis modum. Peccata enim exſiſt aut ratione quid fieri debeat, non dictante, ob dentiæ penuriam: aut ea quidem quamuis lan de, tamen perſpiciente quid facto ſit opus, ſed l tis appetitionibus, ob neglectam inſtitutionem rannice aduerſus languidum rationis iudiciun ſurgentibus. Talem tragœdia Medeam depingi

Ouidii Medea: Aliudq; cupido. Mens aliud ſuadet. Video meliora, proboq;: Deteriora ſequor.

Scio nefas quod, & quod in ſcelus ruam:
Sed ira mentis omne iudicium premit.

Ad verum igitur externarum rerum vſur ingenio doctrina exculto, & appetitu moderat que ſubacto eſt opus. Sic hiſce veluti firmiſſimi mis munitus, par tempus tales res ſuſcipere pot Quapropter ſtudioſos homines monet, vt res ex nas quæ cum virtute congruere poſſint, in a tempus differant, donec virtutem vtendi eis, tinenti exercitatione compararint. Neque e ad bellum inermem abire decet: neque res ge das abſque prudentia & moderatione animi ſ pere. Epictetus vero non modo inutile, ſed ir etiam eſſe eorum qui adhuc erudiuntur, rerum ternarum ſtudium pronuntiat. Animi enim i deratione & appetitionibus ac declinationibu tione moderatis, per quas ſolas hominibus libe & felicitas pariuntur, excidere omnino neceſſ eos, qui & appetunt & declinant ea quæ non ſunt in poteſtate noſtra. Neceſſe enim eſt ſer brutis cupiditatibus, tanquam agreſtibus & fu ſis dominis. Seruiendum item eſt hominibus, talia deſideria & explere & prohibere poſſunt prohibeant: iis item, qui in res fugiendas conii poſſunt. Adhæc, ſubtrahendo curandi noſtra otio, rerum externarum occupatio omnino in

Nemo ſimul & veritati & vanitati ſeruire poteſt.

ſa

e, vt noſtris bonis excidamus. Nam qui vtraque tunt, & vtriſque ſtudent: nec diſcernunt bona ala, neque iuſtam curam ſuis bonis impen-, nec legitimo ſtudio non adhibito iis potiri unt. Fit etiam fere, vt externis quoque bo- uſtrentur, non iis ſolis occupati ſcilicet, ſed o modo ſua etiam bona deſiderantes: neque pectore quiduis & facere & perpeti, propter a- ionem eorum volentes, retrahente verecundia am. Etſi autem talis vita minus praua eſt, n eius qui vnice rebus externis incumbit: la- oſior illa tamen, atque inſuauior eſt, & dum rrentia nexum, connectere ſtudet, ſecum ipſa iat, crebro pœnitet, fruſtratur vtriſque dum que conſectatur, moleſta vtique & auerſanda. utem obſeruatione dignum, cur Epictetus de- ps crebro vtatur verbo MEMENTO, quo ratio- compotem animum compellat, qui rationes m ſemper coniunctas ſecum habet, earumque itam veritatem: ſed aliquando velut deficiente ob diſtractionem natalitiæ eius facultatis, in uionem ruit, quæ ipſi malorum omnium cauſa ideoque flagitat, vt MEMENTO crebro ei in- etur. Cum non mediocriter incitatum eſſe o- tere dicit, eum qui tantas res appetat, non hoc t, non ſupra modum atque immodice, ſed non a modum, non minus quam par ſit, incitatum oportere. Nam ſi periculum eſt, ne ſuis bonis idat: periculum certe (vt ait Pindarus) ignauum im non admittit.

Miſeria diuerſis ſtudiis diſtrahi animi.

MEMENTO.

Non mediocriter.

ἀγὼν ἀκίνδυνος οὐκ ἄνδρα φῶτα λαμβάνει.

EPICTETVS.

Roinde viſo cuiuis aſpero ſic occurrere ſtatim aſ- ſueſcito: viſum id eſſe, nec plane id quod eſſe vi- tur. Poſt in exquirendo & probando eas adhibeto ulas, quas habes, eamque inprimis & maxime. V- m id viſum verſetur in rebus noſtræ poteſtati ſubie- , an alienis? Quod ſi in alienis, illud in promtu ſit, il id ad te attinere.

SIMPLICIVS.

Poſtquam monuit, eum qui ſuis potiri & propriam ſibi felicitatem comparare veli diſtrahi oportere rebus externis, cum iis etia ſua curant, viſa quædam occurrant, quibus i aut rem aliquam externam appetant, aut ea nent quæ alieni iuris ſunt: docet, quemadm his vtendum ſit, ne ea nobis noceant. Aſpe viſa appellat appetitiones & auerſationes externarum, vt quæ brutæ ſint & væcordes, q immoderatis & perturbatis commotionibu exaſperent vitam. Quod autem in iis quæ ſe tur apertius monet, ne ſtatim ſequamur q viſum, ſiue appetens ſiue declinans: iden quoque dicit, ſtatim ei vbi commotum fueri reſiſtendum, eiuſque impetum inhibendum tando, viſum id eſſe. Viſa porro modo res ve reque vtiles & iucundas repræſentant, modo ſimulacra ceu ſomnia comminiſcuntur. H igitur cogitatione viſi contentio laxatur, cu tim opponimus, rem non eſſe talem, qualis deatur: nec rationis iudicium impedit, quo cium, cum primum viſi tempeſtas remiſerit, tate imminuta, ad rem illam cōſiderandam eſſe adhibendum. Regulæ autem viſa iud ſunt multæ, quæ ſumuntur aut a natura viſ an ſcilicet ad animi, corporis, fortunæue bo tineant? item, ad vtilitatemne, an ad volup referantur? fierine poſſint, an ſecus? aut a D primis & prudentium hominum auctoritat quid probantium aut improbantium, mag entium aut negligentium. Quicquid enin & cordatis hominibus probatur: in eo vtic ſuæ ſalutis ſtudioſo elaborandum. Nemo adeo eſt aut amēs, aut ſuarum cupiditatum a vt exiſtimet luxuriam aut iniuriam placere Cum autem multæ ſint regulæ, quibus viſor ſcrimina diiudicentur: vna eſt hominum, qu

Viſa.

Regula viſa iudicandi.

Luxuria & iniuria Deo non placent.

ho

ines ſunt, propria, qua nobis communiter in ibus eſt vtendum: illam dico, quæ pendet a di- ne rerum noſtrarum & alienarum. Nam ſi vi- rei quæ nobis offertur, ſiue appetendæ, ſiue de- ndæ, non in noſtra poteſtate eſt, rectum eſt in- gere, & ſtatim dicere eam nihil ad nos attinere. cum noſtri arbitrii non ſit, neq; bonum neq; im noſtrum eſſe poteſt, ob libertatem volun- , quæ propria eſt naturæ humanæ prærogatiua. iino enim cum talis natura in natura rerum iſſet: aliter fieri non potuit, quin penes ipſam num eius & malum eſſet. *Libertas voluntatis.*

EPICTETVS.

Ppetitionis eum finem eſſe memento, vt id quod appetis, conſequare: auerſationis, ne in id inci- quod declines. Is porro quem appetitio fruſtratur, tunatus homo eſt: qui vero in id incidit, quod ſatur, calamitoſus. Itaq; ſi ea ſolum auerſere, quæ ræ rerum tuæ poteſtati ſubiectarum repugnant: rum quæ auerſaris nihil incides. At ſi morbum ſaris, aut mortem, aut inopiam: calamitatem is. Auerſationem igitur ab iis rebus amouebis o- bus, quæ in nobis ſitæ non ſunt: appetitionem au- hoc tempore prorſus auferto. Nam ſi ea quæ noſtri trii non ſunt, concupieris: fruſtrari neceſſe erit. ero quæ nobis parent, quatenus honeſte poſſint ex- nondum es aſſecutus. Sed eo tantum motu animi or, quo vel ad eas res accedas, vel ab iiſdem reco- verum leuiter, & cum exceptione, & remiſſe.

SIMPLICIVS.

Hoc quoque cum eo quod anteceſſit, cohæret: demonſtrat, ea quæ appetenda videantur, face- os votorum compotes & beatos, adhibita re- rerum quæ noſtri aut alieni iuris ſunt. Sin mi- : voti impotes & calamitoſos. Ac primum ex- it, quoſnam voti compotes & fortunatos di-

camus, quos infortunatos & calamitoſos. Item
clinationis promiſſum & finem eſſe, non inc
in id quod declinet: idque fortunatum eſſe..
infortunatum, id quod deſideres non conſequi
pterea quod conſecutus non ſis. Calamitoſum
fortunato contrarium, eſt incidere in id quod
as. Nam aſſecutus quidem es aliquid, ſed malt
aſſecutus His probe diſtinctis, ſubiicit ordine
ſola declines, quæ repugnent eorum naturæ
in tua poteſtate ſunt, cuiuſmodi eſt intemper
iniuria, & id genus alia, quæ vitare tui arbitı
fore vt in nihil eorum incidas. Itaque neque
mitoſus vnquam eris. Morbum autem, aut pa
tatem, aut aliquid aliud quod noſtri arbitri
eſt, ſi declines, quia penes te non ſit iſta effu
neceſſe eſſe, te aliquando in ea incidere & infe
fieri. Eodemque modo ſi ea deſideres, quæ tui
trii non ſunt: neceſſe eſſe ſæpe fruſtrari, non
tum eo quod deſideres. Si vero appetitio &
natio in iis verſetur quæ in nobis ſita ſint: nu
fruſtratum iri nos, nunquam calamitatem ſu
ros, ſed ſemper fortunatos fore, votorumque
potes. Oratio porro ſic inter ſeſe cohæret. C
rebus in noſtra poteſtate non ſitis, appetitic
& declinationem collocat: is & rebus deſid
ſæpe fruſtratur, & in eas incidit quas declinat,
pterea quod ea in aliorum poteſtate ſunt. T
autem infortunatum, calamitoſum, ærumno
infelicem eſſe conſtat. Vide autem quam So
ca hæc ratio ſit, & ad captum auditorum accom
data, qua appetitiones noſtræ ad res melior
pulcriores traducuntur. Nam omnes, tam
quam boni, felicitatem in eo collocant, ſi & op
ſuis fruantur, & ea quæ oderunt effugiant.
autem differunt, quod viri boni vera & ſyncer
na atque commoda expetunt, & vera mala a
incommoda auerſantur. Nam ratio eſt, quæ i
iudicet, & brutæ appetitiones eorum aſſuef
ſunt vt rationi pareant, iucundaque exiſtime

Omnibus in terris quæ ſunt a Gadibus vſq; Auroram & Gangē, pauci diſcernere poſſunt, Quæ ſunt vera bona, atq; illis diuerſa, remota Erroris nebula.

e ratio probarit. Vulgus autem hominum,
›d & rationem neglectam habet, & brutas appe-
ɔnes ob continentem motum exercitatas, vo-
:ate res appetendas metitur, non vtilitate & in
ıptates incidit ſæpe moleſtiis non adeo diſſimi-
Ac ne voluptates quidem illæ proprie ſunt, ſed
t vmbræ quædam voluptatum & ſimulacra.
nes tamen, vt dixi, felicitatem & ſucceſſus in
ıtione deſideratarum rerum ponunt, & in eui-
ɔne fugiendarum. Præceptio igitur hæc etiam
robis demonſtrat, ſi neque appetendo fruſtrari,
ɹe declinando impingere velint: vt in rebus
noſtri arbitrii ſunt, vtilia deſideria, & noxias
ſationes collocent. Nam ſi ea quæ nobis non
nt, deſiderarint aut declinarint, & fruſtrari
ıeceſſe erit, & ſubire calamitatem: quod &
ugiendum eſſe cenſeant. Aufer igitur decli-
ɔnem ab omnibus iis quæ in nobis ſita non
, & in ea transfer, quæ eorum naturæ quæ in
is ſita ſunt, repugnant. Nam morbum quidem
›aupertatem ſi declines, quia non plane penes
eſt effugere talia (etſi enim facultatem quan-
habemus, quæ ad ea effugienda nonnunquam
ıid confert: tamen ea neque ſemper valet, nec
virium habet) ideo neceſſe erit nos calami-
n ſubire, incidentes in ea quæ declinamus.
ˌpicteto paruerimus, declinationem in ea trans-
nus, quæ eorum naturæ quæ noſtri arbitrii
repugnant, vt declinemus falſas de rebus opi-
ıes, & ea quæ vitam naturæ ac rationi conſen-
am impediunt: quia penes nos eſt, effugere ta-
Quare ſola declinatione egemus, quæ penes nos
ed hæc perſpicua ſunt. Quomodo autem iubet *Appetitus tironum periculoſus.*
ıem appetitum in præſentia tolli? Nam appeti-
rerum quæ noſtri arbitrii non ſunt, ſublatio,
entem habet vtilitatem: quia eas nō conſecuti,
rum impotes erimus, & moleſte viuemus: & vt
ıando eas conſequamur, neq; vtile nobis, neque
rium bonum conſequemur. Cæterum auctor

noſter ſecus: bonorum quæ in noſtra poteſtat
ſunt appetitione quamobrem interdicit? Qui
quit, quatenus hæc recte appetantur, nondum
ciſti.* Quis vero bono potiatur, niſi id app
Quod ſi bonum noſtrum non in actionibus, ſ
appetitionibus & declinationibus naturæ conſ
neis ſitum eſt, qua ratione hortatur, vt in præſ
plane tollamus appetitum? Fieri qui poteſt, v
mo ſine appetitionibus viuat? Præterea pu
videtur hoc cum eo, quod paulo ante dictu
cum diceret: In tantarum igitur appetitione re
memento te non mediocriter incitatum ag
eas oportere. Neque enim de motu corporis l
batur, ſed de cupiditate & appetitione. Ian
pacto rem proſequi poſſumus, ſine appetit
Nam prius quam rem proſequamur, eam ap
mus neceſſe eſt. Quid vero ſi ad tyrones & n
os diſcipulos hæc verba pertinent, quibus ap
minime tutum eſt, priuſquam didicerint qu
appetenda: ſed proſequi rem & ab ea abh
ſatis eſt, pro ea propenſione, quæ appetitio
declinationem antecedit. Neque omnem ſo
appetitum rerum in nobis ſitarum tollit, vt
videtur, quamuis diſcipulos alloquens: ſed a
tus vehementiam improbat, vt & auerſat
quam permittit. Nam proſequi rem, & abho
re leuiter & remiſſe iubet. Conſtat autem no
ſequi rem, vbi deſiderauerimus: abhorrere a
clinando. Nam propenſionem antecedit app
auerſionem declinatio. Et cum prius dicere
tantarum appetitione rerum memento, no
diocriter incitatum eas aggredi oportere: no
hementem appetitum ſuaſit, ſed ea quæ ipſe
ne ſubiungit, quædam prorſus eſſe relinqu
quædam in aliud tempus differenda. Recte
igitur, ne ii qui erudiuntur, vehementi prop
ne & auerſione, appetitione item & declina
præ alacritate modum excedendo, & quaſi
tranſiliendo, vires eneruent. Hoc enim in ple
&a

** Vide Annotationes.*

Appetitionis vehementia moderanda.

Modus eſt pulcerrima virtus.

imi vigorem hebetat, & corpora ante tempus umit. Ac multis hoc iam accidit, qui importu- immodica alacritate ſunt exercitationem ag- i. Nam paucæ tum corporum tum ingeniorum ræ ſunt, quæ ſubito a deterioribus ad meliora ire poſſint. Id quod Diogeni, Crateti, Zenoni, nilibus contigit. Plerique autem & labi paula- *Lente feſti-* & erigi paulatim ſolemus, tam animis quam *nandum.* oribus. Via enim media conſtantior & tutior ii vim & alacritatem cohibet, tuetur, paulatim- iuget. Quare propendere & abhorrere leuiter niſſe iubet, καὶ μέθ' ὑπεξαιρέσεως: hoc eſt, ſic, vt nihil laxetur, & non ad ſummum extendatur titus & declinatio, propenſio & auerſio. Nam petulanti vita ad frugalitatem traducitur: non m ad ſummam tenuitatem & ieiunium proſi- lebet, ſed paulatim a priore victu ſubducere & vt Aureorum carminum auctor monet,

Cedendo molire fugam, ne talia vincant.

i cognitione quoque ii qui erudiuntur, viſa non m pro decretis amplecti debent: vt ſi mutanda *οὐ χρὴ δόγμα-* rte ſententia, non grauate id faciant. At vero *τα εὐθὺς τὰ* riſque leuiter & remiſſe affici ſtudioſis prodeſt: *φαντάσμα-* declinationem in ea quæ naturæ eorum, quæ in *τα ποιεῖσθ.* ra poteſtate ſita ſunt, repugnant, transferri iu- ? Appetitum vero in hoc tempore prorſus tolli? ie, quod ij qui a praua conſuetudine ad melio- *Repurgan-* vitæ rationem tranſire incipiunt, primum euo- *dus prius a-* e debent malæ vitæ venenum & dum demum *nimus, quā* æ vitæ cibis ali. Nam quod Hippocrates de im- *alendus.* is corporibus ait, quo magis alantur, eo magis edi: id de animis multo magis eſt verum. Nam s inhærens improbitas bona oblata corrumpit uerſatur, alias vt moleſta, alias vt noxia, alias vt tilia & ſupra vires. Simulque augetur, vt iudicio emnere meliora videri velit, & fit inſanabilis: vt ique meliores rationes & actiones, etſi facile ſet, non admittat. Peinde ac ſi quis in morbo io mel amarum ratus, poſt etiam id guſtare re-

Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt.

cuſet. Itaque ordo poſtulat, vt recta diſcipl admittatur. Nihilominus tamen hæc oratio etiam qui erudiri incipiunt, ad hilaritatem, ſecı tatem & libertatem præparat, vt ſuauem agant tam, quam omne animal natura cum primis coı ctatur. Etſi autem vacuitatem à perturbationil omnibus appetere præclarum eſt, & vitam natı ac rationi conſentaneam: incipientibus tamen tis ſit, moderari perturbationes, & cadere interd atque reſurgere. Tales igitur, ea quæ recte appetı tur conſequi nequeunt. Hoc enim verba volu Nondum es conſecutus. Si ea deſideraris, quæ ſu vires tuas ſunt: & dolere te & fruſtrari neceſſe e interdum etiam remolleſcere & animum deſp dere. Nam qui maiora ſuis viribus deſiderant: modis omnibus ſibi apta contemnunt, eaque cc paratione maiorum reſpuunt. Neque vero mag ante parua potiri licet: neque ante ea quæ comı derata nobis ſunt, ad maiora penetrare.

EPICTETVS.

Singulas res quæ vel delectant, vel vſui ſeruiunt diliguntur, memento conſiderare cuiuſmodi ſ exorſus a minutiſſimis. Si ollam agitas, te ollam ag re: ea confracta, non perturbaberis. Si filiolum vxorculam diligis, te hominem diligere: eo enim n tuo, non perturbaberis.

SIMPLICIVS.

Poſtquam ea diuiſit quæ in noſtra poteſ ſunt, aut non ſunt, quorum illa propria, hæc al putanda: & quo pacto tractanda ſint, edocuit: clinanda ſcilicet repugnantia naturæ, appeti nem vero in hoc tempore cohibendam, ob eas taſſe cauſas quas dixi: nunc cum iis etiam qua poteſtate noſtra non ſunt, ſæpe vtendum ſit, q modo ea, quamuis aliena, ſine tumultu & mol tractanda ſint, docet: trifariam partitus ea qua

no

a poteſtate non ſita ſunt. In ea quæ nudã vo-
tem præbent abſque vtilitate. talia enim ſunt,
oblectant animum. In res vtiles & fructuoſas:
ea quæ ob neceſſitudinem & affectionem dili-
ur, etſi neque vtilia neque fructuoſa ſunt. Nam
:ria, voluptas, vtilitas & naturæ neceſſaria ca-
mortalibus difficultatibus affigunt animum.
ctantur autem alii aliis, nonnulli tragœdiis & *1. Iucunda.*
ediis: nonnulli pugilum certaminibus, aut lu-
ircenſibus, rebuſue ſimilibus: alii ſaltatoribus,
igiatoribus, mimis, ridiculis: alii ſpectaculis
ndis: hisque vel naturalibus, vt qui pauonum
icularum elegantiam, pratorumue viriditatẽ,
emorum amœnitatem admirantur: vel artifi-
, vt qui picturis, ſtatuis, ædificiis, aut aliarum
m pulcritudine obſtupeſcunt. Sunt & qui auri-
lediti voluptatibus, pulcris vocibus & Muſico-
inſtrumentorum ſonis capiantur: & vero ma-
n ii voluptatem capiunt, qui hiſtoriis & fabu-
narrationibus (id quod a puero nobis inſitum
eliniri ſolent. Sunt & res vtiles ac neceſſariæ
vnius generis. Quædam enim ſunt animis
a: vt magiſtri, boni ſodales, libri eruditi, & ſi- *2. Vtilia &*
a Quædam corporibus: vt cibi, veſtes, exerci- *neceſſaria.*
ones. Alia ſunt rerum externarum: vt principa-
prædia, pecunia, & id genus alia. Cara vero *3. Cara.*
ob naturalem coniunctionẽ, etſi nullum præ-
it vſum: liberi, vxores, cognati, ciues. Horum
ır omnium, inquit, recordare, & in promtu ha-
naturam qualis ea ſit: nempe mortalis, ereptu
is, non arbitrii noſtri. Nam perpetua naturæ *Vis medita-*
um recordatio, ereptionis eorum eſt meditatio: *tionis & cõ-*
vbi aſſueueris, te, cum illa inciderit, perturbari *ſuetudinis.*
ſinet: ſicut & alia conſueta, quantumuis gra-
& corporibus & animis tolerabilia fiunt. Re- *Ab imis Qui*
utem & hic & in iis quæ ſequuntur monet, a *bene ſumma*
iis, atque adeo minimis eſſe incipiendum, ne, *petas, noue-*
rouerbio dicitur, figlinam a dolio auſpicemur. *ris eſſe viã.*
n qui maiora initio ſuſcipit, facile ſuccumbit,

fruſtratur, fractis viribus fit imbecillior, deſpe
Qui vero a minimis incipit, ſemel vtiq; fit aliqu
to robuſtior, fidentior & melior quam ante fuit:
iam & paria facile ſuperet, & paulo maiora tu
aggrediatur. Nam qui eodem die quater edere c
ſueuit, ſi totū ieiunare diem ſtatim conatus fue
& corpus mutatione ſubita turbabit, & ipſe ærı
noſe moleſteque viuet. Itaque talis progreſſio &
riculoſa, & inconſtans eſſe conſueuit. Sin a qua
nario ad ternarium deſcenderit, eique aſſueue
facile aſſueſcet bis, & multo facilius, atq; etiam
tius & conſtantius ſemel tantum edere conſue
Eadem eſt eorum quoque ratio quæ propter v
diliguntur, ſi quis in paruis & parui moment
bus aſſueuerit naturam eorum in promtu hab
quamque facile poſſint eripi cogitare. Cuiuſm
eſt olla, ob vſum cara, eam eſſe fragilem. Quid
ro eſt olla vilius? Ita paulatim progrediendo, &
res acquirendo, tandem etiam inter oſculand
filium, non verbo tantum dicere, aut animo
fingere, ſed per omnem ætatem ita ſentire pot
ſe hominem oſculari, rem fragilem & caducam.
vero ſentiens, ita conſuefactus: ſi is ereptus fu
non perturbabitur. Obſeruabis autem, vt pruc
& artificioſa ſit tractatio rerum: vtque ijs, quo
poteſtas in nobis ſita non eſt, per ea quæ penes
ſunt, quaſi noſtri arbitrii eſſent, ſit vſus. Nam a
trii noſtri non eſt, ne filius moriatur. Sed natu
eius in promtu habere, eoque cogitare, mori e
poſſe non minus quam viuere: non perturbar
mortuo, & ſic affectos eſſe, quaſi mortuus non e
illud, ne is moriatur, quod in nobis ſitum non
efficit, vt in nobis ſitum ſit. Talis enim dicere
teſt? Mihi vero filius non eſt mortuus: aut, q
verius eſt, vt mortuus ſit, ego animo ita ſum tr
quillo quaſi mortuus non eſſet. Recte autem
rum vtilium & cararum exempla poſuit: t
tum non digito demonſtrans, eos qui omn
progredi cœpiſſent, plane aſpernari oportere i

Senſim praua conſuetudo corrigenda.

Olla.

Filius.

Si noſtra cōſtanter tenuerimus: alienis etiā imperabimus.

Voluptas contemnenda.

nonnullis ſolius delectationis cauſa ſtudio

EPICTETVS.

Pus aliquod aggreſſurus: ipſe tibi ſubiicito, cuiuſmodi ſit illud opus. Si lauatum abieris, ea tiæ in balneo fiunt, proponito: alios perfundi, alios pelli, alios conuiciari, alios furari. Sic tutius rem edieris ſi ipſe tibi dixeris: Et ſtatim lauabo, & intum meum naturæ congruens conſeruabo. Idem n quouis negotio faciendum. Sic enim, ſi quid imnento lauationi tuæ fuerit: in promtu erit: E quinon hoc ſolum volui, ſed & inſtitutum meum naconſentaneum tueri. Neque vero tuebor, ſi ea fiunt, ægre tulero.

SIMPLICIVS.

Poſtquam docuit, quomodo in rebus extra nos tis, quibus ſtudemus, vt ſunt, iucundæ, vtiles & e, affecti eſſe debeamus: nunc quæ præparatio oſtris actionibus adhibenda ſit, præcipit, quaı euentibus caſus & fortuna ſæpe dominantur. igitur harum quoque naturam præmeditann: & cogitandum, qualia vna incidere ſoleant, ſe illa tibi quoque euenire: vt ſi quid grauius iderit, animo non ſit nouum. Cæterum ſi res ne-ària non erit, eam ne ſuſcipiet quidem. Nam Ca-naior & hoc vnum e ſuis erratis fuiſſe dicebat, od aliquando nauigaſſet, cum iter terra confice-potuiſſet. Vt autem nihil grauius accidat, ſi tan ea negotii natura ſit vt ſequi poſſit & ſoleat: n ſuſcipere id cum neceſſe non eſt, quam cum ture via inſiſtere liceret, periculoſiorem ingredi, od & eam incolumes multi conficiant, peccam erit. Si vero neceſſitas vrgeat omnino, vt aut inſulam nauigandum ſit, aut ex inſula: vt patri amico ferendæ ſuppetiæ, vt pugnandum pro paa: ipſum quidem opus reformidandum non eſt, natura eius præmeditanda, & ea quæ conſequi

Actionibus noſtris Fortuna ſæpe dominatur.

Nõ neceſſariis occupationibus ſuperſedendum.

Neceſſaria fortiter aggredienda, & euentus anceps æquo ferendus animo.

ſolent: vt pręmeditatione ad illa aſſuefacti, cum :
uenerint, non perturbemur. Nam qui ita ſe para
& cum non acciderint illa, gaudebit, vt euitatis
quæ meditatione ipſius iam quaſi acciderant:
cum acciderint aliquando, eo tranquillius & tu
ea ſuſcipiet, quod exſpectauit. At dices: primum
re timidos & ignauos, qui aduerſos rerum exi
ſubinde cogitarint. Deinde, moleſtam eſſe om
no fixam triſtium euentuum cogitationem, q
quidem diuturnitate temporis augeatur, ſi ne
tium prorogetur. Itaque Demoſthenicum il
magis laudabis, qui ſuadet, ſemper omnes res ho
ſtas ſuſcipiendas eſſe cum bona ſpe: & quemcun
Deus euentum dederit, magno animo ferendu
Sed heus tu, ſi Demoſthenes eam ſpem bonam
Sentẽtia Demoſthenicæ explicatio. cit, quæ conatu bonarum rerum nititur, qualiſc
que ſit exitus, cum Epicteto plane conſentit, :
quod methodum non adiicit, quã magno ani
ferenda ſint quæcunq; Deus dederit, etiamſi aſp
rima fuerint. Epictetus autem ferendi ration
tradit, pręmeditanda natura rei quæ & nos dec
& nonnunquam moleſtiis & difficultatibus im
cata ſit. Quæ vtroque modo tolerabilia fiunt: t
propter rei & dignitatẽ & vtilitatem, cum qua n
leſtię nonnunquam ſunt coniunctæ: tum quia p
meditatæ ſunt, neq; præter ſpem acciderunt. Se
Demoſthenes eam ſpem bonam appellat, qua &
Improuiſa tela grauius terrent. lus conſeruetur, & periculum euitetur: vix, ac ne
quidem fieri poteſt, vt is qui ſpem ſalutis atque ſ
ceſſum perpetuo foueat, ingruẽtes calamitates m
derato & æquo animo ferat. Neq; enim corpus
que animus ſubitas mutationes ſine perturbatio
fert: cum & anni tempora (licet eorũ mutatio p
latim fiat) morbos plerumque gignant. Neq; v
timidos, ignauos, mœſtos, iſta difficultatum &
Rei honeſtas cũ euentus moleſtia cõparanda. riculorum præmeditatio efficiet. Nam ſi action
& bonam & vtilem eſſe animo (hoc eſt homini)
tio monſtrarit, tametſi non abſque periculo, vt b
deſiderium & fidentes & actuoſos facit: ſic peric

cogit

tationem id conſolatur, quod rectæ rationi par-
it, quæ præceperit, expetendum illud opus et-
cum periculo fuiſſe. Nam periculum & damnũ
ad corpus & res externas pertineant, non pro-
mala ſunt noſtra, noſtrarumue rerum, ſi modo
nus. Vtilitas vero rei honeſtæ, vel cum periculo
piendæ, cum ſit animi, hoc eſt bonorum no-
um: multis doloribus, damnis, exiliis & igno-
is æquari, ac potius præponderare poteſt, &
lentia boni conſolari. Omnis enim homo
um maius cum minore malo coniunctum am-
itur, præſertim ſi bonum eſſe noſtrum, malum
alienum eſſe videatur. Cæterum non verbis
um & labiis iſta leui quodam impulſu animi,
ere & ex animo dicenda ſunt, vt diſcrimen il-
n vita & moribus appareat. nam tum quo pa-
dhuc triſtis & anxius, difficultates honeſtis co-
bus interdum obiici ſolitas exſpectabit? Nam
l ipſum ijs qui naturę congruenter viuunt, ma-
o ſolatio eſt, quod non citra ærumnam, ſed cum
culis, vitæque diſcrimine id quod bonum eſt,
lectuntur. Declarat hoc Menœceus, & alii qui *Menœceus.*
ro patriæ ſalute Dijs Manibus deuouerunt. Etſi
em Epictetus id quod vult, exemplo viliſſimæ *Nota & certa exempla efficacia ſunt.*
docet: tamen ſimul orationem ſuam per ea quæ
ltis & ſæpe accidunt, clariorem facit, & memo-
n atque aſſenſum auditorum excitat: ſimul (id
od ipſe ſtatim ſubiicit) tirones in minoribus
mum exercendos eſſe monet, ob eas cauſas quas
e diximus. Sed poſſunt hæc etiam ad maio-
transferri, quæ cum maioribus ſæpe periculis *Fructu bonæ conſcientiæ lætandum: euentu non dolendum.*
iuncta ſunt, & in ijs rei natura nobis digne con-
ſideranda, vna cum euentibus eam non raro con-
ſequentibus, vt quiſque ſecum conſtituat, ſe ea
oque, ſi inciderint, moderate laturum eſſe. Sic
m naturæ ſuę ſtatum tuebitur, ſi & bonæ actio-
fructum capiet, & euentibus non perturbabitur.
m ſi perturbatus fuerit, ſeque in malis eſſe puta-
rit: aut initio non recte iudicauit ſuſcipiendum

id eſſe: aut,ſi tum recte,nunc effœminatum in dum & timide perturbatur, mutatque ſenten quæ vtraque contra naturam ſunt

EPICTETVS.

Homines perturbantur non rebus, ſed iis qu rebus habent opinionibus,verbi cauſa: Mor eſt malum. Alioqui enim & Socrati ita viſum Sed opinio de morte eſt, quæ malum eam faciat. igitur impedimur, aut diſtrahimur: non alios c mus, ſed noſmetipſos,hoc eſt,noſtras opiniones.

SIMPLICIVS.

Hactenus expoſuit,quo pacto fieri poſſit,ne ficultatibus, quæ comitantur actiones, pert mur. Cogitandum enim, fore vt eæ ſequantu ſtatuendum, rem eſſe nihilo minus ſuſcipienc animo præmeditatione confirmato. Nunc a rationem tradit,ab ipſarum rerum natura ſum quæ difficiles eſſe videntur, nosque perturb exemplo hic vſus non paruo,ſed morte, eorum nos perturbant maximo.Nam eo quod propoſi eſt,per eam demonſtrato: multo magis in iis minus atrocia videntur, demonſtratum erit. igitur,res quæ nobis videantur acerbæ accidere oque nos turbent,vt in periculo conſtitutos,n acerbas eſſe per ſeſe, neque veras noſtræ pertur onis cauſas. Sed opinionem de earum acerb conceptam eſſe,quæ nos perturbet: atque oſte mortem immaturam humana vi illatam, qu mnium atrocium rerum atrociſſima videatur, eſſe atrocem. Oſtendit autem paucis ille quid ſed accurate & efficaciter,hac argumentatione. natura terribilia ſunt,omnibus terribilia viden vt natura calida, frigida, pulcra, & alia id genu mnibus talia videntur, iis præſertim quorum tura integrior eſt, & prudentia maior. Mors omnibus videtur terribilis, nam Socrati terri viſa

Qui mortē contemnit, cætera omnia minoris facit.

Naturalia ſunt vniuerſalia.

non eſt, qui cum eam effugere poſſet, ſuſtinuit en: totumque illum diem apud amicos im-talitatem animorum declarauit, & qualis ſit irgatrix philoſophorum vita edocuit. Concluſio que ex ijs quæ poſita ſunt perſpicua eſt, mortem pte natura non eſſe formidabilem. Itaque mors nos non peturbat: ſed opinio de mortis atroci-,ea eſt quæ nos perturbet, neque mel amarum ſed icterici affectio id amarum videri facit, ob indantem in eo amarum humorem. Is humor urgandus eſt, vt naturales rerum qualitates per-amus. Ita hic etiam opiniones de rebus corri-æ ſunt, adhibita regula noſtrarum & alienarum im, quæque in poteſtate noſtra ſunt aut non t, qua bonum & malum noſtrum iudicemus. * od ſi mors in noſtra poteſtate ſita non eſt: mala i erit. Quæ ſi non animi, ſed corporis malum noſtrum malum non erit. Plato autem, & tonis Socrates, eam etiam bonam eſſe, & melio-a vita corporea pronuntiant: nec his quidem nam, illis vero malam, ſed in vniuerſum bonam inibus. Nam Socrates in Phædone dicit: Fortaſ-hoc tibi mirabile videtur, ſi hoc ſolum cætera-m rerum ſit ſimplex, neq; vnquam homini malũ " cidat, vt reliqua omnia. Vnde etiam præſtiterit " e mortuum quam viuere. In Legibus autem, Pla- " ſuis verbis idem affirmat, hoc modo: Coniun- " o corporis & animi non eſt præſtantior ſeparati- " ie, ſi id quod ſentio, dicendum eſt. At Epictetus " ortem vt hominum opinione maxime formida-lem, inſtituti ſui probandi cauſa adhibuit. Sed nia vnuſquiſque noſtrum quamuis calamitatem orte grauiorem ducit (etenim aliquando dolore on modo vehementi vrgente, ſtatim mortem ptamus: cum paupertate vrgemur, paupertatem iorte grauiorem ducimus) licet in his etiam ea-em vti demonſtratione, qua Epictetus de morte us eſt. Nam vehementiſſimos cruciatus in mor-s, etiam plebeij homines vltro admittunt, cum ſe,

Socrates & Plato mortẽ vitæ præfe-runt.

Dolores poſ-ſe ferri.

Catapotia.
Sectiones.
Vſtiones.

mercede etiam medicis numerata, ſecandos & v
dos præbent. Etſi enim hoc vitæ cauſa faci
mortemque maius malum iudicant: at ferri p
dolores, ſi expedire videatur, hoc ipſo declarant.
Laconica verbera. Lacedæmoniorum adoleſcentes, terribilem il
flagellationem vltro gloriolæ tantum cauſa ſi
nebant, tolerantia pene ad necem vſque declar
idque eos æquis animis & alacres feciſſe conſtat
lioqui enim vltro in tale certamen non deſcer
ſent. Sic autem erga illos cruciatus affecti er
non quin cruciarentur, etſi fortaſſe minus quam
exercitati & delicati: ſed quod perſuaſum haber
cruciatus eſſe ornamenta potius & commoda
liter eos tolerantibus & ſine perturbatione, qu
Paupertatẽ non eſſe malum. malum. Ne in paupertate quidem mali eſſe q
quam dixerit Epictetus. Alioqui enim & Cra
Thebano ita viſum eſſet, qui bona ſua reipub.
conceſſit, cum dixiſſet:

Crates Cratetem priuat hac pecunia. ac t
demum ſe in libertatem aſſertum putauit, cum
uitias paupertate commutaſſet. Adeo neutrum
rum natura tam eſt graue atq; intolerabile, vt n
videtur: ſed & contrariis ſuis aliquando vtilius
ad noſmetipſos, hoc eſt, noſtrum rationis com
tem animum eorum vſum retulimus. Opus ig
eſt, vt qui ſe a talibus perturbari nolit, rectas d
habeat opiniones. Quod cum in noſtra poteſ
ſit, illud etiam in noſtra poteſtate erit, ne pertu
mur, & magnum ad id nobis afferet adiument
vt ijs etiam, quæ in noſtra poteſtate non ſunt,
vtamur, quaſi in noſtra poteſtate ſita eſſent.
enim an ignominia afficiar, an pecunia ſpolier,
vapulem, arbitrii mei non eſt: at recte de his ſent
Rerum aduerſarũ perpeſſio exornat animũ. non ea eſſe mala, ſed ſæpe vtilia, penes me eſt. T
autem decretum ſatis eſt ad illud, vt huiuſmodi
accidere quidem videantur: aut ſi acciderint, no
non iudicentur, ſed interdum conducibilia. Qui
enim, vt ego quidem exiſtimo, pulcrius nobis, h
eſt, animo exiſtimet, in rebus aſperis vacare pert
batio

one,quaṁ non incidere in res aduerſas: eoque
rius, quo res aduerſæ grauiores aſperioresque
int. Vt enim corpora vehementiſſimis quibuſ-
motionibus quæ quidem eas ferre queunt,ma-
e exercentur, tam ad valetudinem quam ad vi-
k celeritatem: ita & animi, vt vbi opus eſt, ali-
l quā facilime & tranquilliſſime feratur. Quod
bus hiſce rebus conſequemur: vna, vt recte de *Perſuaſio.*
ntiamus, altera, vt præparati ad ea ſimus, cum *Præparatio.*
tatione corporis aſperiore, quæ ad omnia op-
una eſt, quaque fit vt multi improbi homines
era, & ea quæ dolorifica cenſentur, contem-
t: tum præmeditatione & exſpectatione, quæ
ia in nobis ſita ſunt. Quod ſi neque mors,nec
iſmodi quicquam terribile eſt, conſtat, neque
neque eos qui illa inferunt, perturbationis no-
ſſe cauſam,ſed noſmetipſos, noſtraſque opini-
s. Nunquam igitur cauſa perturbationis noſtræ
ri aſcribenda eſt,ſiue is dolor ſit,ſiue metus, ſiue
d aliud eius generis: ſed nobiſmetipſis, & no-
opinionibus.

EPICTETVS.

*Lios accuſare ob calamitatem ſuam, hominis
eſt ineruditi: ſeipſum, eius qui erudiri cœpit.
ſe, nec alium, eruditi.*

SIMPLICIVS.

Cohæret hoc cum ſuperiore,ſique coniunctio
ddita legeretur: Nam ineruditi munus eſt, a-
accuſare ob ſuam calamitatem: cauſa recte ex-
eretur,cur alii nō accuſandi eſſent ob ea propter
e nos perturbamur, timemus, dolemus, aut in
lis eſſe nos exiſtimamus. Hoc enim ex inſcitia
is vſuuenit. Deinde ineruditi affectioni recte
ectit eius habitū,qui erudiri incipit, & qui iam
ruditus. Hic enim, vt naturæ congruenter vi-

uens,nec vnquam ſuis deſideriis fruſtrandus,n ea quæ declinat incidens: neque in vllo ſe malc putat, neq; vllum accuſat vt auctorem ſuæ cal: tatis. Sed is qui erudiri incipit, interdum fruſt ſuis deſideriis, & in ea quæ vitat incidit: quia in agendo brutas etiam affectiones adhibet. Se uiſione rerum,quæ in noſtra poteſtate ſitæ ſun non ſunt, occupatus, nouit ſeipſum ſibi auct eſſe & fruſtrationis & calamitatis: non auten um, ſi quando bonum aut malum ſuum in r alieni iuris collocarit. Cur autem dixerit ali is qui erudiri cœpit,cum in ſe bonum & malur um poſitum eſſe norit (niſi enim id ſciret, ſei non accuſaret) peccat, vt ſeipſum accuſet? A ſit,quod cognitio bonorum & malorum antec vt quæ rationis noſtræ ſit actio, ſed non ſtati omnibus brutæ affectiones ſe accommodant, formant & ſubiiciunt rectæ rationi: præſertim cum ob ſocordiam & diſſolutionem rationi continentem brutæ partis motionem corrob perturbationes quaſi tyrannidem occuparint affecta fuit ea quæ in Tragœdia dicit:

Non ſtatim exſequimur ea,quæ vera & recta eſſe intelligim⁹.

» *Sciam licet quod aggredi parem nefas,*
» *Tamen ira mentis omne conſilium premit*

Quamobrem ad tempus boni conſuler eſt, ſi ratio partim cogendo, partim veluti co carmine deliniendo, affectus in ſuam ſen am pertraxerit. Nam tum rationis etiam cog fit euidentior, & ſcientifica, & omnis dubitat expers. Non mirum igitur,eos qui erudiri cœp peccare interdum, affectibus nondum plane ctis, & ratione nondum ſecundum ſcientiam te: ſe ipſos autem accuſare, & non alios,ob di nem illam rerum noſtri & alieni iuris vtcunq miſſam. Prorſus ineruditi autem ſæpe & mu peccant,quod & ob affectionum commotione ob rationis ignorationem verum bonum & lum nondum diiudicarunt, neque ſe a bruta n vel nuda cogitatione remouerunt. Quam dico

Gens indocta ruit per vetitum nefas.

naturā ? Quod nos ipſos naturamque noſtram
orpus opinamur, auari autem a diuitiis pen-
Peccamus igitur cum ineruditi ſumus, propte-
uod bonum & malum noſtrum in rebus exter-
llocantes, quodnam verum bonum & malum
ũ ſit, & vnde ſit prorſus ignorantes: eos nobis
rum auctores eſſe putamꝰ, qui aut aliquid no-
timunt noſtra opinione bonum, & appeten-
in rebus externis, aut in ea coniiciunt, quæ a
; declinantur. Neque vero externa iſta, quæ vel
nis vel in malis habentur, omnino talia ſunt,
iterdum vtraq; rationem contrariam habent.
ropter ineruditi adoleſcentes, pædagogos, vt νέοι μισόπο-
bus male tractentur, oderunt: eos vero a qui- νοι καὶ φιλο-
d voluptates inuitantur, diligunt. Epictetus κόλακες.
n paucis ille quidem, ſed notas euidentes no-
poſuit, quib. eruditi ab ineruditis & tironibus *Eruditi.*
rnantur. Nam eruditi ab omni errore & pec-
remoti, ob rationis perfectionem, & brutæ par-
m ea conſenſionem & obedientiam, nemi-
vnquam accuſant vt vllius ſibi mali auctorem.
e enim in vllum ſuum malum vel ipſi ſeſe con-
nt, vel ab alio coniiciuntur, ſiquidem eruditi
. Quia ſi eruditi ſunt, non in rebus externis ma-
collocant. Ineruditi autem vtraque de cauſa *Ineruditi.*
it & peccant, eorum & ratione & bruta parte
: affecta: atque aliis ſuum vitium imputant,
i id in rebus externis ineſſe cernerent. Eſt au-
& facile & iucundum, & indoctis omnino di-
m, culpam eorum quæ ipſi deliquerint, in alios
erre. Qui vero erudiri incipiunt, & principia *Tirones.*
is habent: etiamſi peccarint, & in malum ali-
d inciderint, tamen vbi ſit malum, & vnde na-
ar, ſciunt, & quæ ſit ortus illius cauſa, ideoque
n accuſant. Neque quiſquam opinor, his iudi-
i velut inſtrumentis vtens, vnquam errabit in
dicando ſtatu eruditi, ineruditi & tironis. Nam *Puer & pæ-*
roprie eſt eruditio, cum puer qui in nobis eſt, a *dagogus in*
agogo, qui & ipſe in nobis eſt, caſtigatur. Puer *nobis.*

autem in nobis eſt bruta illa pars, quæ cum vti
deat, in ſolum iucundum eſt intenta, vt pueri.
dagogus vero eſt ratio, quę componit & mod
brutas in nobis appetitiones, easque ad vtili
dirigit. Itaque inerudit, qui puerilem in m
appetitum in vita inconſiderate ſequuntur, r
peccant, quamuis ignari ob incuriã, nec ſeme
accuſant. Qui vero erudiri incipiunt, hi pæ
gum alacrem & excitatum iam habent, & pu
obedire incipientem. Quamobrem etiamſi pe
tamen quis peccati ſit auctor ſentiunt, cum
non alium accuſant. Eruditi autem & pædag
habent ſobrium, & puero iam imperantem, &
rum caſtigatum, & ad ſuam perfectionem ia
ductum: eo quod pædagogo paret, cum eoqu
ſentit. Hæc enim pueri virtus eſt.

Vtilitas.
Voluptas.

EPICTETVS.

OB nullam alienam præſtantiam efferari mo. Si equus ſemet iactans diceret, ſur cer: ferendum eſſet. Tu vero cum inſolenter g ris, te pulcrum equum habere: ſcito, equo te bono bire. Quid igitur eſt tuum? vſus viſorum. Qu pter cum in vſu viſorum ita moratus fueris, qu modum natura poſtulat, tum effereris. tum eni quo tuo bono lætaberis.

SIMPLICIVS.

Docuit quemadmodum fieri poſſit, vt in mitatibus aliunde ingruentibus tranquilli, ſec alacres ſimus. Nunc, quales nos in externis r quæ expetendæ videantur, præbere debeamus dit. Vocat autem eas aliena bona, ea ratione c primum inſtituit, cum diceret, ea quæ in nob non eſſent, infirma, ſerua, impedita eſſe, & al nosque vetat vllius externi boni ſpecie efferri. πς autem, hoc eſt elatio, hic illi non leuitatem, ſimes ſpiritus aut arrogantiam ſignificat, vt in

ἔπαρσις.
Elatio.

ſæpe partem ea voce vti ſolemus (alioquin ſuaderet vt noſtris & veris bonis efferremur) vt mihi quidem videtur) ἔπαρσις hic ei ſignificat opinionem incrementi alicuius, & quaſi granditatis, ob alicuius boni acceſſionem. Non igitur, inquit, alienis bonis augeri nos atque excellere putandum eſt. Nam vnumquodque bonum, eius bonum eſt in quo eſt: & eius quod naturæ congruenter perficit, non autem alterius. Quod igitur in equo bonum eſt: id ipſius equi eſt bonum, non noſtrum. Siue enim animoſus, ſiue celer, ſiue tractabilis eſt, ſuam virtutē habet: quæ noſtra virtus non eſt, eoq; nec bonum noſtrum, neq; auget nos aut perficit. At dicet aliquis, nonne rerum & inſtrumentorum virtus ad poſſeſſores, & eos qui his vtuntur, referri ſolet? Solet illa quidem. Verum aſciæ virtus fabrum bonum non facit, niſi ante fuerit. Quoniam aſciæ, ratione aciei & figuræ alia virt⁹ eſt, alia fabri, ratione artis. Ipſius aſciæ bonum eſt acies, & elegantia formæ: eaque ad miniſterium facit, atq; ad opus quod per eam perficitur. hæc enim inſtrumenti virtus eſt. Ad fabri autem perfectionem nihil confert. nam fabri peculiare bonum in artis rationibus ſitum eſt, etiamſi opus externum peius confectum fuerit, ſiue ob materiam, ſiue ob inſtrumenta, ſiue ob aliquod aliud impedimentum. Quodnam igitur, inquit, noſtrum bonum eſt, quo ſic affici debemus, quaſi noſtro incremento & perfectione? Prius rectam opinionem in primis, nunc vſum opinionum naturæ conſentaneum id eſſe dixit: & quod illic ὑπόληψιν opinionem, hic φαντασίαν viſum appellauit. Videntur enim atque exiſtimantur a nobis res tales, aut tales, alias recte, alias perperam. Atque illud etiam naturæ congruenter vti fuerit, ſi res tales nobis videantur, quales ipſæ ſunt: neque commiſceantur inter ſeſe & immutentur, vt luxuriam bonum, temperantiam malum exiſtimemus. Recte autem is viſorum vſus naturæ conſentaneus dicitur, cum appetuntur bona, & declinantur

Alia inſtrumenti virtus eſt, artificis alia.

Bonum hominis, verū iudicium de rebus.

Viſorū vſus naturæ conſentaneus.

mala : non autem cum tantum intelligimu
eſſe bonum, illud malum : ſed cum & id quc
num viſum eſt, appetimus, & malum declin
Neque enim agendi poteſtas noſtra eſt,ſed ap
di ſecundum naturam, & declinandi. Quid
per vſum viſorum naturæ conſentaneum,
illud innuit, opera quoque noſtra conſentire
tere cum rectis opinionibus & appetitionibu
temperantiam bonum tantummodo iudic
ſed & temperanter viuamus: & iis muneribu
gamur, quæ naturæ, quæ rectis opinionibus
petitionibus congruant? Ne iuſtitiam bonu
dem iudicemus, & vtcunque expetamus, eo
omne bonum expetendum videatur, interin
iniurii ſimus : id quod incontinentibus a
cum voluptatis appetitus boni appetitionen
cit. Nam ratio obſcure illa quidem,ſed tamen
quid deceat, & aliquantiſper pro eo pugnat,e
tis etiam appetitionibus & declinationibus
licet obſcuris: ſed brutis affectibus eam vi
tibus & diſtrahentibus, & ſuis cupiditatibus
uiat cogentibus. Huius ea conditio eſt,vt ant
quæ in Tragœdia deſcribitur:

Aliudq́; cupido, Mēs aliud ſuadet: video meliora, proboq́; Deteriora ſequor.

Sciam licet quod aggredi parem nefas.
Tamen ira mentis omne conſilium premi.

Non igitur recte tantum ſentiendum,&
tendum & declinandum eſt,ſed etiam officia
ſentanea rectis opinionibus præſtanda. Atque
ſitus eſt viſorum vſus naturæ conſentaneus,
noſtrum eſſe bonum iudicandum eſt, nihil a
rerum externarum. Sicut enim fabri,quaten
ber, bonum eſt, artis rationibus congruens
quæ in rebus externis cernitur : ita philoſophi
in cogitationibus vertitur.

EPICTETVS.

*QVemadmodum in nauigando in portum ſi
cto nauigio, ſi aquatum exieris, obiter for
etiam cochleolam colliges aut bulbum : animo a*

in na

igium intento eſſe oportet, ac continenter ſolici-
ubernator vocet: ac tum illa omnia relinquere,
vinctus tanquam oues in nauem coniiciaris:
am in vita, ſi tibi viee cochlea aut bulbi, detur
ula & puer, nihil impediet. At ſi gubernator
it, curres ad nauim, relictis illis omnibus, neq;
es. Quod ſi ſenex es, caue vnquam a naue rece-
igius: ne quando vocatus deficias.

SIMPLICIVS.

reuiter & argute nos a ſpecie bonorum exter-
n auocauit, cum oſtendiſſet omnia illa eſſe a-
& nullum eorum noſtrum eſſe bonum. Ne
utem exiſtimet, eum nos prorſus & nuptiis &
eatione liberorum & omnibus poſſeſſionibus
: vſu rerum externarum prohibere: nunc or-
radit, quibuſnam ex illis, & quomodo vti lice-
Præcipit enim ea nos omnia ad Dei rerum o- *Mens addicta Deo.*
m gubernatoris curam referre oportere: & ſic
i modeſte, vt ab illo pendeamus, ac primum
ſaria neceſſariis, ſine quibus viui non poteſt, *Neceſſaria.*
aquatione ſignificauit, cuiuſmodi eſt victus,
tus, domicilium, quæ & quatenus homini fru-
it ſatis. His igitur aliquid curæ ſecundo loco
endum. Quæ vero neceſſaria non ſunt, ſed ad
n agendam opportuna, vt vxor, liberi, res fami- *Commoda.*
, & ſimilia: quæ obiter inquit ac tertio loco
ur a gubernatore vniuerſi, cum per tempus de-
, accipienda ſunt, animo ſemper in id quod
cipaliter appetendum eſt, intento. Delicias ve- *Superuacua.*
iuitias, principatus, & id genus alias rerum alie-
im occupationes, vt quæ cum vita rationi con-
anea coniungi nequeant, ne obiter quidem ad-
ti ſinit. Hæc enim ea ſunt, quæ ſupra penitus
relinquenda monuit. Coniugium autem, pro-
tionem liberorũ, & ſimilia, iis qui modo erudiri
erint, in aliud differendi tempus auctor fuit, vt
rinæ initia confirmarentur. Iis vero qui iam
uantum profecerunt, vt his abſque noxa vti

queant: obiter his etiam frui concedit. Aer quidem exemplo peropportuno videtur eſſe v. *Mare.* Nam mare ob profunditatem, fluctuationem bralque & varias mutationes, & quia ſuffocat qui id intrant, veteres etiam fabulatores genera nis ſymbolum eſſe dixerunt. *Nauis.* Nauigium autem erit quod animos ad ortum perducit, ſiue id fat ſiue ſors, ſiue quid aliud eſt dicendum. Nauis *Gubernator.* bernator Deus, qui & vniuerſa, & animorum tum ad ortum, ſua prouidentia eo quo decet, & dignitate cuiuſque, dirigit & gubernat. Nauis *Portus.* ductio, eſt animorum in ſuum locum, natione familiam perductio: qua fit, vt alii in aliis locis tionibus, familiis, & e diuerſis parentibus nat tur. *Aquatio.* Exitus ad aquandum, eſt rerum neceſſaria occupatio, ſine quibus propagari vita non pc Quid eſt enim aqua iis qui orti ſunt, ad victu *Cochlea.* potum magis neceſſarium? Obiter autem coc *Bulbus.* am aut bulbum tollere quid ſit, ipſe concinn plicauit: eſſe vxorem, & rem familiarem. Ac ſi a rectore vniuerſitatis dentur, accipienda illa dem eſſe, ſed non quaſi aut præcipua, aut noſtr na. Nam principale noſtrum bonum eſt, conte & conuerſio ad nauis gubernatorem. Imo ii nec vt neceſſariis eſt elaborandum, ſed vt reuer ceſſiones, & degendæ vitæ commoditates accip da ſunt. *Reuocatio ad nauem.* Quod ſi gubernator ad nauem reuocet eſt, ad ſeſe & veram patriam vnde venimus: Cu inquit, ad nauem, his omnibus, quæ ad generat pertinent relictis, vocantem ſequens, & minim ſpiciens, ne ab ipſa natura ſolutus, tuopte ſtud *Vincula.* voluntate ibi hæreas. Niſi enim vltro atque al inquit, ſecutus fueris, iſtis rebus omnibus rel vinctus in nauem pecudum inſtar coniicieris: eſt, inuitus, & tum teipſum, tum eos qui adſun plorans, vitam relinques, vt homines ament ouina præditi ſtoliditate ſolent. Eum autem obiter coniugio & procreationi liberûm, rebu ſimilibus operam daturus eſt: tempeſtiue id fa

de

,vt modo conuenienti rebus hiſce ſatiatus ſine
nora hinc recedat, & alacriter gubernatorem
item ſequatur. Si vero ſenex fueris, & prope
fine abfueris: nullo tali vinculo conſtringi
d totus in reditum & diſceſſum ex hac vita in-
is eſto: ne cum tempus diſcedendi adfuerit,
us ſarcinis onuſtus deprehendaris, & a vincu-
traharis, ac recens ductam vxorem & infantes
os lamenteris. Atque adeo ſenem, diſceſſum ex
ita, quam diuturnam in ea manſionem, magis
are & curare decet.

Seni mors potius quã vita meditanda.

EPICTETVS.

*poſtules ea quæ fiũt, ita fieri vt tu vis: ſed vt fiũt,
a velis ea fieri. Sic omnia ſecunda tibi accident.*

SIMPLICIVS.

uæ res externæ relinquendæ, quæ percipiendæ
s ſint, diſſeruit: ac neceſſariis vtendum neceſ-
, cæteris vero obiter: ſed harum nullam præ-
e expetendam, conceſſo ad hunc modum rerũ
rnarum vſu. Nunc regulas tradit, quibus obſer-
s, rebus externis, citra noxã & perturbationem,
ie etiam cum delectatione queas perfrui. Vt
m ſine moleſtia viuamus, nec ea quæ fiunt im-
pemus: aut rerum naturam ſe ad voluntatem
ram accommodare, aut nos ea quæ rerum na-
i nobis decreuerit, omnia probare neceſſe eſt. A-
enim fieri nequit, vt bene agi nobiſcum arbi-
nur. Neque vero aut fieri poteſt, aut ſemper no-
expedit, vt rerum vniuerſitas omnibus optatis
tris reſpondeat. Multa enim nobis placent, quæ
s etiam nobis ſunt inutilia: ſiue quod eorum
uram ignoramus, ſiue quod brutis affectibus
erdum indulgemus. Nos igitur, ſi beati eſſe vo-
nus, aſſueſcere, vt iis quæ ab vniuerſitate fiunt,
quieſcamus neceſſe eſt. Verum hoc præceptum
nnullis durum, atque adeo ne fieri quidem poſſe
ebitur, vt quiſquam velit ea quæ fiunt, ita fieri vt
nt. Quis enim ſanæ mentis homo probet vel

Multa fiũt, quæ viri boni eſſe non videatur, approbare.

Communia mala. communia mala, quæ ab vniuerſo oriuntur: vt ræ motus, diluuia, incendia, peſtem, famem, in tum omnis generis animantium & frugum? v quæ nefarie ab hominibus in homines perpet tur: vrbium excidia, captiuitates, cædes iniu latrocinia, direptiones, libidines, & tyrannican olentiam vſque ad impietatem adigentem, & eruditione & philoſophia repellentem, omni virtutis & amicitiæ & mutuæ fidei, & tam ſcien rum, quę vix multis ætatibus inuentæ confirma que ſunt, tantam euerſionem vt earum ſola non memorentur, quam artium multarum, quæ di tus iuuandi noſtri cauſa datæ ſunt, vt medicina fabrilis, vt architecturæ ac ſimilium eam depr tionem, vt earum vmbræ tantum & ſimulacra reliqua? Hæc igitur & id genus alia, quæ in noſt ætatem redundarunt, non dico videre, eorum particeps eſſe, eaque fieri, ſed vel audire quis v niſi homo maleuolus & omnis honeſtatis ini cus?

Hominum ſcelera.

Dubitatiões tollendæ. Huiuſmodi dubitationes non hominum go duntaxat, ſed & eruditioribus obſtrepentes, ſoluendæ ſunt, ſi & Epicteti orationi ſua deb conſtare auctoritas, & rerum auctoris Dei reprel ſione carere gubernatio. Vbi enim vtilitatem, dem etiam pietatem collocamus: vt paulo nos ipſe docebit Epictetus. Aio igitur, ſi vere n ca ſunt, quæ modo tragicis verbis dubitatrix dicauit oratio, & talia mala, qualia nobis viden nec vir bonus is fuerit, qui delectetur malis: ne eum qui hæc gubernat, non eſſe cauſam malor obtineri poteſt: aut ſi malorum auctor credatu eum honoremus, aut amemus, aut colamus, nequit, etiamſi infinitæ rationes in medium a rantur. Quoduis enim animal (vt ipſe dicturus noxias res earumque cauſas fugit & auerſatur, les vero earumque cauſas conſectatur & admira Sin hæc non eſſe mala quæ fiunt, vt putamus, bona potius, vt quæ ad magna bona conduca eorumque cauſa fiant, demonſtratum fuerit:

Non eſſe vere mala, quæ nos in malis habeamus.

q

omnino mali inſit iis quæ fiunt, id non in ipſis
e rebus, ſed in appetitionibus & affectionibus
ris: neque is malus erit, qui ea quæ fiunt, ita
voluerit vt fiunt, neque gubernator harum re-
videbitur malorum auctor. Iſta igitur in qui-
a fiunt, quæ mala videntur, in ortus & interi-
oco conſtituta, partim corpora ſunt, partim
æ brutæ, affixæ corporibus, nec fere quicquam
ctum ab iis habentes, cum ſint tantum vita
orum, & ſecundum illa vnaque cum illis mo-
ur. Rationis vero participes per ſe mouentur,
ctæ a corporibus, & ſui iuris voluntate appe-
ue præditæ ſunt, harum corpora motu prorſus
o agitata, omnemque naturam extrinſecus
ntia, præcipue quidem a cœli conuerſionibus
ıtur, intercidunt, variaſque mutationum vi-
ibeunt. Sin propiora & ipſam materiam ſpe-
a ſeſe inuicem afficiuntur. Id enim eſt conſe-
is, ea quæ naſcuntur & pereunt, ab æternis
titui: & ab iis quæ per ſeſe mouentur, ea quæ
ur aliunde: & ab iis quæ continēt, ea quæ con-
ıtur. Eſtque hic ordo, hoc ius vniuerſi, vt hæc
onſequantur, cum in ſeſe non habeant princi-
ı motionis, aut delectus: nec appetitio in eorū
it poteſtate: neque diſcrimen dignitatis eorum
a voluntate oriatur, ſed e ſuis cauſis pendeat:
: nec vmbræ corporum ſuo arbitratu hoc aut
modo conuertuntur aut afficiuntur, ſed cauſa-
ſuarum ſtatum ſequuntur, * ſemper eadem
litæ dignitate. Ac ne ipſis quidem quæ mutan-
orporibus, ſiue compoſitis ſiue ſimplicibus,
um eſt illa mutatio: primum quod eorum na-
eſt talis, nec fieri poteſt vt aliter ſe habeant.
nim nec rationis capacibus animis malum eſſet
rantia, & brutis appetitionibus vita conſenta-
niſi ita nati eſſent vt & verum cognoſcerent, &
is appetitionibus imperarent, ſupraque illas
t eminerent. Deinde quod compoſita rebus
rariis conſtant, & inter ſeſe pugnantibus quæ

Terra locus ortus & interitus.

Corpora.

Animæ brutæ.

Animi hominum.

Corpora a cœlo & elementis afficiuntur.

Corporum mutatio & diſſolutio nil habet mali.

in alienis collocatæ locis per morbos ſibi mu
ſunt infeſtæ atque iniuriæ: alias igitur ea qua
ipſis corrumpuntur excernentia, confirmantur:
as ad interitum tendentia, ipſa quidem a labor
ærumna & redundantia contrariorum, quæ eis
eſt, liberantur, & ſingula quæ in eis inſunt ſim
cia, ſuis totis reſtituuntur, vt quaſi repubeſcant
ab innata eis ex contrariis imbecillitate recreen
Eorum enim quodlibet agens aliquid in contr
um, vtiq; viciſſim aliquid etiam ab eo patitur. C
vero ſimplicia, contrariarum mutatione qual
tum in ſe mutuo conuertuntur: id fiunt den
quod ante fuerunt. Nam aqua in aerem muta
vnde prius facta erat: & aer in ignem, vnde fu
ortus. Neque in his ſcilicet quicquam eſt mali,
ἐκπυρώσεις κατακλυσμοί, ἐπιδήμια, σεισμοί. iam ſi inde vel diluuia, vel conflagrationes, vel
vehementiores mutationes efficiantur, ob elem
torum vniuerſi æquationem: ſiue etiam peſtile
aut terræmotus compoſita corpora dirimer
Quod ſi hæc etiam conducunt ob infinitam
quod ortum habet reuolutionem, eo quod v
interitus ortus eſt alterius: qui fieri poteſt, vt p
Partem ſuo toti ſeruire eſt æquum. interitus ſit malum, ſi toti conducit? Nam in ſi
lis etiam cernitur animantibus ipſa natura cõt
nere partem propter totum, cum fluxiones a p
bus communibus corde, ventre, hepate & cere
in extremos pedes relegat, & manus, & ad cu
per tubera, lichenes, & eius generis alia depelli
abſceſſus pernicioſos in membris facit ob inc
mitatem totius. Atque etiam ars medica natu
hoc imitatrix, apoſtemata putrefacit, ſecat, vr
intendit atque amputat partes totius ergo co
uandi. Neque quiſquam tamen eſt, qui mal
fieri arguat. Itaque ſi per ſe ſola eſſent corpora
Brutæ animæ naturã corporis ſequuntur. eorum quæ his accidunt quicquam ad hum
animos pertineret: nihil profecto in eorum m
tionibus ineſſe mali crederetur. Sed quia etiam
mæ corporibus inſunt: omnis ex eo querela n
tur. Quarum tamen brutæ cum corporibus c

,eiſq; vitam impertiunt,atq; in illis & cum illis n & naturam & vim & efficaciam habēt. Ratio- vero participes,& natura ſeiunctæ,ac plane ſepa- les a corporibus, tum per ſe mouentur, tum am voluntatem habent, & appetitiones atque tus ſuo arbitratu moderantur, vt ſupra oſten- eſt. Brutas autem contra, (ſiquidem ne veſti- n quidem proprii ſui motus, nec internam ap- tionem,aut qualemcunque motionem habent, lane corporum vita ſunt) perſpicuum eſt, ſuam que naturam vna cum corporibus fato attri- m, & dignitatem pro earum ratione & cum aſſignatam, quæ vna cum eorum motionibus iatur, habere, vt antea de vmbra eſt dictum. od ſi ſtirpium vitæ magis conuenit, quæ eo ra- s deorſum egerunt, ac ſenſu carent & motu, appetitione & concitatione animi coniuncto, res brutis etiam contigerunt: pecudum ani- , inter animas ſtirpium corporibus inhærenti- & eas quæ ſecundum naturam abſolutæ ac per iobiles ſunt mediæ, aliquod veſtigium habent etitionis & concitationis, intrinſecus in ipſis tatæ, quæ alias pro natura ſui generis mouea- , vt cum leo moderatam in ſuo genere habet n, alias efferueſcat aut deficiat. Itaque dignita- quoque imparem, & vitam diſſimilimam ha- t a fato attributam: quā ſic obtinent,vt aliunde ueatur. Debent enim ea quæ inter aliqua inter- a ſunt,cum vtriſque extremis quandam habere nitatem. Cæterū particeps rationis animus per iobilis,& appetitionis atq; affectionis ſuæ plane ninus, ea etiam eſt dignitate quam a libera vo- tate conſequitur: corpore autem vtitur, & affe- s habet,qui ad ipſum referantur. Is, cum natu- congruenter viuens, pro inſtrumento vtitur pore, ſeiunctus ab eo,& ſupra id eminens: tum æ corporis impediunt animi actiones quæ per pus fiunt, nullis tamen ipſum animum affici- malis. Nam dolorem in pede manere, diuinus

Anima brutorum inter ſtirpium & hominum animas interiecta.

Humani animi dignitas a libertate voluntatis pendet.

Seruitium corporis.

[...]litium corporis. Socrates aſſerebat. Si vero maiore quam par eſt n[...] ceſſitudine cum corpore contracta, id non iam inſtrumẽtum,ſed vt ſui partem, ac potius vt ſem[...] ipſum amplexatus: tum cum eo & per id affe[...] bus agitatus & obbruteſcens, & iracundiæ atq; [...] piditatis appetitiones, ſuas eſſe ratus, illisque inſ[...] uiens, rationesque ſubiiciens quibus illa deſide[...] expleantur: & prorſus corrumpitur, & morbis a[...] mi laborat, egetque medicina qua illis liberet[...] Solent autem contraria curari contrariis. De[...] igitur animus appetitu voluptatis & ſuauitatis,a[...] amore corporum,opum,honorum,potentiæ, ſir[...] liumque rerum vitiatus, earundem rerum fruſt[...] tione & puniri & ſanari, in primis vero corp[...] doloribus, quod eſt animo propinquius, cuiuſ[...] cruciatus magis ſentiuntur. Cum enim animu[...] Deum & ſeipſum deſeruerit,ſeque totum corpor[...] rebus externis dediderit, eaq; ſeipſum eſſe puta[...] & ſuum bonum in illis quæſierit, eaque ratione prauatus ægrotarit: quonam alio modo iſta aſ[...] naretur & ad ſeipſum & Deum conuerteretur, [...] his bonum ſuum quæreret, niſi præter noxam etiam moleſta experiretur. Nam quia propter [...]luptatem ad ea vergit, ſpe in eis & cum eis illa [...]tiundi: dum illa voluptate fruitur, affixus illis liqueſcit. Nullus enim clauus eſt, qui ita fort[...] affigat & agglutinet animos, vt voluptas, & ill[...] bræ voluptatis Bonus igitur ille medicus,ea qui[...] inhiat animus cum moleſtijs offerendo, cader[...] auerſetur facit: quemadmodum nutrices infa[...] ablactaturæ, aliqua re amara papillas inung[...] Animi ergo initio duobus propoſitis malis, do[...] corporis, mortem & diſceſſum a corpore ante[...] nunt: nunquam id facturi vigente & florente [...]pore, vnaq; conſueſcunt odiſſe & auerſari volu[...]tem, quæ hic percipitur maioris doloris formi[...] inde excitandi: ſicut & pueri primum a rebus no[...] metu retrahuntur. atque aliquis noxio quop[...] cibo aut potione impenſe gaudens, ſæpe dolori[...]

Morbi & calamitates aliæ, ſunt & pœna & medicina animorum.

Clauus fortiſſimus voluptas.

Initio conſecuturi doloris metu retrahimur a voluptate.

e affectus, magnæ moleſtiæ fuga & metu iis ab-
et. Etenim quis rebus iucundis ſine moleſtia
fruens, quamuis noxiis, ex animo ab iis abhor-
? Atque iſta voluptatum timore doloris maio-
bſtinentia, permutatio quædam potius eſt affe-
, quam liberatio. Nam ſuauitate quæ ineſt in
uitate a moleſtiis, fructum ſuauitatis permuta-
s, & affectus alium ſibi affectum adiungit. Expe-
autem hoc initio nobis, ob pueriles & ſtultos
ctus noſtros, vt ea ſuſpecta habeamus & inuiſa,
bus vehementer afficimur: poſteaque naturam
um conſiderantes, ea præterquam quod noxia
, multo etiam plus habere moleſti quam iucun-
& in nos ipſos deſcendentes, & bonum in nobis
m eſſe deprehendentes: non autem in corpore,
rebus externis, atq; ſimilitudinem noſtri quan-
a cum Deo ſentientes, eamque honorantes: iam
metu, ſed ſcientia & virtute vitam naturæ con-
taneam amplectamur. Nam & pueri quæ prius
linabant & proſequebantur metu, poſt aucta
dentia vltro faciunt. Et hunc ſcopum propoſi-
n habet curator noſter Deus & rationis particeps
mus neque adhæreſcat corpori & rebus exter-
, neque his metu, ſed iudicio abſtineat: tanquam
no & malo noſtro in appetitione & declinatione
s. & ad hunc finem prouidentiæ medicina con-
dit, vt reducat animum ad amplectendam vi-
n naturæ conſentaneam: quemadmodum etiam
timus quiſque medicus ſectionibus & vſtioni-
s naturalem habitum corporibus reſtituit, vt na-
alibus actionibus fungantur: eſtque improbita- „
medicina pœna: & eum vſum habent mala, vt „
bentur quæ nobis eueniunt. Vt autem medicis
cenſemus, vſtiones & ſectiones & moleſta reme-
adhibentibus: ſic homines væcordes & puerili
tentia, hæc moleſte ferunt. Et qui huiuſmodi
ibus & ſeipſum & alios obſeruarit, atque affecti-
es animorum animaduerterit: is facile nimirum
elliget, moleſta iſta velut anſam præbere animo

Tandem vl tro & per ſeſe, meliora amplectimur.

Quæ nocēt, docent.

corporis & rerum externarum, aut (vt Epicteti ſtri more loquamur) eorum quæ in noſtra pote ſita non ſunt, contemtionem. Vt autem co rum medicina duplex eſt, & eius vna pars æg corpora curat & per contraria corrigit: altera vi ratione & exercitationibus ſanitatem tuetur, firmat, auget: quædamque exercitationes ſunt de laborioſæ, nec niſi viris fortibus & conſtant tolerabiles: Sic & animorum auxiliator, non æ tantes tantum vitæ difficultatib. curat, ſed & ſ exercet, ac ſaniores & fortiores facit, eorumque tutem ad imitationem aliorum illuſtriorem re Nam etiam ſanos hominum animos, vt & vale corpo... indigere exercitationibus in promtu Motio enim confirmat, ignauia vero labefacit inquit Hippocrates. Cur? Quia ea quæ ſuam p ctionem ſemper obtinent, & naturæ ſuæ conu entes actiones: eaſdem paratas ſemper atqu promtu habent. Quæ vero nihil agunt, exercita ne egent ad imitationem perpetuæ motionis per ignauiam actionis oblita & velut emortua, tempus neceſſitasque poſtularit, ſuo muneri de. Quod enim alias actuoſum, alias otioſum eſt, id ob imbecillitatem, actione confirmandum eſt.

Deus & ſanat ægrotos, & ſanos exercet.

Exercitatio cum genere certaminis cognationẽ habet.

mnis autem exercitatio iiſdem rebus perficitur quas principalis actio ad quam exercemur. N excitatio ad luctam, iugi luctatione fit: ad cæſt crebro dimicando & verberibus aſſueſcendo. etiam ad bellum exercebere ſi colluſor hoſtem i tetur: quoque ii qui vna tirocinium faciunt iores robuſtioresque fuerint, eo magis exercit metam ſuam attinget. Itaque ſi quis ad id eti exerceatur, vt voluptatem contemnat: cum re iucundis tractandis ad earum contemtum aſſ ſcere neceſſe erit. Si ad ferendum moleſtiam, o eſt vt moleſtiarum ſit particeps. Si ad timorem in res timendas coniiciatur. Si ad cruciatus, vt bilium Lacedæmone adoleſcentum flagellatio certamen æmuletur, & omnes eas exercitatio

dol

oris plenas, quæ ad id certamen referuntur: aut
iſtium qui noſtra ætate, in viuum carbonem
ori impoſitum ſufflando periculum faciebat,
m diu ardorem illum tolerare poſſet. Nam
citationes a principalibus actionibus ipſo gene-
on differunt, ſed paulo maiore facilitate & de-
ndi, cum nobis viſum fuerit facultate. Quo-
n igitur qui humanos animos naſcendi cauſa
ittit Deus, vires etiam eis addidit, quibus in-
cti abſque noxa vti rebus terrenis tam allicien-
s quam terrentibus, easque ſuperare poſſent:
ires exercens idem Deus, ne per ignauiam la-
es & remiſſiores fierent, neue vſum earum tem-
: poſtulante ceſſarent, certamina multa pro-
it animis. Neque Hercules aut Theſeus aut
genes aut Socrates in tales viros euaſiſſent, nec
ianæ virtutis magnitudo quo vſque progredi
et eluxiſſet, niſi & illos cum beſtiis immanio-
s & ſceleratis hominibus commiſiſſet, & hos
ma victus tenuitate ad vitam naturæ conſen-
eam compuliſſet. Illud quoque attentis non eſt
urum, eos qui res aduerſas generoſe pertule-
, fortiores euadere in poſterum. Si enim rerum
ime formidabilium horrorem aſſuefactio lu-
n & iocum facit, vt in eiuſmodi certamen non-
li ob exiguam ſtipem vltro deſcendant: quo pa-
fieri poteſt, quin rerum leuiorum exercitatio
ciat, vt ea contemnantur, quæ inexercitatis per-
leſta videantur? Quæ igitur difficultates & æ-
nnæ habentur, hæ quia ſiue vt curationes ægro-
ium, ſiue vt valentium exercitationes animis
ibentur, malæ eis eſſe non poſſunt. Alioqui
em modo & medicamenta & gymnaſia corpo-
is grauia, mala diceremus. Cum autem pro di-
tate tum naturæ tum voluntatis fiant: mala nõ
nt. Quod enim pro dignitate fit, iuſtum eſt:
d iuſtum, bonum. Ac ne corporibus quidem ſu-
: natura ſenſus expertibus, malum eſt ſecari aut
Nam compoſito, in ſua ſimplicia reſolutio non

Saluſtii prærna.

Periculis & ærumnis gliſcunt animi

Naturæ & voluntatis dignitas.

Compoſiti reſolutio nõ eſt malum.

eſt malum. Quod ſi corporum medicinam exer tem, vrentem, intendentem, membra reſecan & plane ſæuos carnifices imitantem, malum dicimus, ſed bonum: ſi medicis cum gratiam h mus, tum mercedem numeramus: cur in med Dei non acquieſcimus? Neque enim iracunde vindictæ cupiditate, nec præter meritum, nequ cendi cauſa quicquam horum facit Deus: ſed i medici & curatoris & parentis, & ad maximam litatem noſtram, & (quo vno verbo rem com totam licet) pro ſua diuina bonitate. Multiſo autem eſt Dei medicina, vt qui alios morbis, in ignominia: alios peſtilentia, fame, terræmotu undatione, naufragio, bello: alios pœnis hun tus inflictis, medicetur. Neque vero mala hæc ſed bona: ſiquidem medicari bonum eſt. Si autem eſt qui hæc dicenda eſſe bona haud cer quod non præcipue ſint expetenda: qualia e proprie bona ſunt, eſſe oportet: non ſtatim ea vocet, ſed ad verum bonum acquirendum ne ria, quam ad rem ea neceſſario requirimus, & pter illa amplectimur. Nam & ſectiones & vſt medicas, & id genus alia nemo præcipue ſp ſed deſiderio ſanitatis illa admittimus, quam confequi neceſſe habemus. Ac recte illa nece vocarunt ſapientes: quæ omnia neceſſe eſt ad ri, ſi bono potiri ſtudeamus: quæ quidem bona ſunt, ſiquidem ad bonum conducunt, p ad valetudinem corporis, partim ad animi ſa tem, inferiora tamen principalibus bonis: cum bus ea vulgo conferentes, mala exiſtimant, vtique ſentientes: ſiquidem per hæc conſec quæ bona ſunt, eſt neceſſe. Si igitur propoſita bitationes profligatæ ſunt, & ea quæ fiunt or pro dignitate partim naturæ, partim volu fiunt, & quidem vtilitatis cauſa fiunt a Deo: procul quiuis cordatus homo & volet ea fier fiunt (niſi inuideat iis quibus ius ſuum tribu aut medicina adhibetur) & talem medicum

Medicina Dei ſalutaris & clementiſſima.

Medicinæ quæ faciunt dolorem, vt bona haud ſint, tamen ad parandũ bonum ſunt neceſſaria.

Epilogus.

vc

rabitur, ſyncereque diliget, & bene mereri ſta-
Ac eas quæ obiiciuntur hominibus difficulta-
uaſdam eſſe medicinas: & eam medicationem
m qui hac egent, & corporibus & animis pro-
,quiuis,vt opinor, conceſſerit. Ipſam vero ſeu
.i ſeu corporis ægrotationem, & medicationis
moleſtæ & dolorificæ neceſſitatem: quis bo-
, & non malum: atque eius auctorem, mali
orem non exiſtimet? An vero iterandum ea-
iſta mihi? corporis morbum nec ipſi corpori
nalum, cum & tali natura ſit præditum, & ad
oſiti ſpectet diſſolutionem, & reſtitutionem
licium ſuis totis, eorumque diſceſſum & libe-
nem ab habitatione alieno in loco & pugna
:ariorum: nec animo, ſiquidem eum medicati-
ı illius eſſe demonſtratum eſt*, & multifari-
uidenter apparet. Quod ſi morbus vni corpo-
t noxius, eiuſque interitus: ſed animo vtentis
, & compagi vniuerſi, & quæ in eo ſunt ele-
:orum & irrequietæ generationis circulo per
n infinitum progredienti, eo quod vnius inte-
ortus eſt alterius,expedire conſtaret: optimus
dminiſtrator eius quod corrumpi ſolet natu-
& partis deteriorisque interitum, ob præſtan-
& totum & perpetuam generationis ſeriem
emſerit. At morbidi animi ortus, neque ipſi
eſt neque vniuerſitati quicquam confert. Eius
r auctor, mali alicuius eſt auctor: & qui eum
auari & ægrotare vult, malus fuerit? Sic ea-
manere dubitatio videbitur. Quæ ergo mor-
malitiæ cauſa ſit animo, ex iis quæ prius de
s noſtri & alieni iuris dicta ſunt, recordemur:
ıi bonum in eo ſitum eſſe, vt ſecundum natu-
appetat & declinet, malum in eo quod ſit con-
aturam. Appetitionem autem & declinatio-
in nobis ſitas eſſe, demonſtratum arbitror.
re ipſi nobis & virtutis cauſa & vitii ſumus.
e fit, vt & boni laudentur, vt qui bonum ipſum
te vi ſint conſecuti, vnde virtus ipſa nomen ha-

Repetitio loci de natura corporũ, & animorum culpa.

ἐκ περιουσίας.

Deterius ob ſalutem præſtantioris negligendum.

Animus ſuapte culpa vitioſus.

bere videtur: & reprehenduntur improbi, v
non tales eſſe poſſent, & ex ſocordia improbi
rint. Nam ſi hæc extrinſecus infererentur: vol
bona aut mala eſſe deſineret, in eiusque locu
ſus & neceſſitas ſuccederet. Deus igitur ne hi
dem vllius auctor mali reperietur. Quid vero
ipſius morbus animi, quod vitium dicitur, on
malum eſt, ſed & ipſum habet aliquid ad hu
virtutis conſtitutionem neceſſarium? Vt eni
nitas horum corporum, ſanitas non eſſet, niſi
ra eorum magis etiam ferret vt ægrotarent, ſe
habitudo quædam perennis, nec morbis op
retur, cuiuſmodi cœlicolarum eſt: ſic etiam h
norum virtutes animorum, modeſtia, iuſtitia
dentia, & omnis ille reliquus earum cœtus n
ſtaret, niſi animorum ea natura eſſet, vt dep
poſſent. Alioqui virtutibus præditi eſſent a
cis, ac potius diuinis, non humanis: quæ q
tales ſunt, vt etiam ad vitium detorqueantu
igitur bonæ ſunt humanę virtutes, & valetud
ſpera corporis, nec prima tantum & inaſpect
bona promanare a fonte boni oportebat, ſed
dia & vltima: eorum quoque bonorum quæ c
uarētur, deprauationem exſiſtere neceſſe erat.
enim eſſentiam principalē habent, ſed iis quę
acceſſionis vice adiuncta fuerunt. Conſide
hoc loco eſt diuinæ bonitatis excellentia, q
corporis interitum, quod vmbræ inſtar, vt dix
cum cauſarum motu neceſſario circumagitur
num effecerit: tum ipſis ægris caducisque co
bus, ratione coniunctionis cum integris elem
& renouationis: tum animis, quorum inſtrun
ſunt corpora, qui per eum ſanentur: tum quoc
uerſo illi genito, ad infinitam, vt dictum eſt, c
butionem ſeruiant: & ſeipſum ab animi vitio,
ſolum vtcunque vitium videretur, liberarit.
mum quod id vt ad bonum neceſſarium, & n
malum conceſſione quadam rebus adiunctum
Deinde quod hoc ipſum voluntatem animi ſ

Animi vitia & virtutem illuſtrant, & a cœlicolis diſtinguūt, & ad bonum aliquod referuntur.

omn

ino iuſſerit, nec vnquam in rerum naturam trare,niſi ille vellet. Quamobrem non volun-,vt quæ mala non ſint,tam a Deo quam a legi-gnoſcuntur, & malum quodammodo non in-imo voluntarium. Neque enim animus vn-ı malum tanquam malum amplectitur, ſed vt quædam, alias pecuniam, alias voluptatem ɔris, aut potentiam aut honorem appetit: no-vero his adiunctam aut plane non videt, aut git, cupiditate adamatarum rerum ſubactus. ıdecunque eiectum eſt e rerum natura perfe-alum. Ac facilius concedi poſſit,eſſe id quod modo ſit, quam perfectum & arbitrarium ali humani animi malum exſtitiſſe. Si quis vero n mali auctorem exiſtimet, vt animi condito-uius animi fruſtratio & lapſus malum ſit: ſi-:m per ſe mobilis & libera natura animorum m eſt, mali dicere auctorem neceſſe eſt huius itorem. Sin bonum eſt, & multo iis quæ in do ſunt bonũ maius & honorabilius: qui ma-tor eſſe queat is, bonum qui condiderit? Cum r id quod naturæ congruit,& optabile & expe-ım ſit: quis mortalium (qui quidem humanã tem intellexerit) ſtirps aut quodlibet brutum al quam homo eſſe malit? Quamuis enim & :s & brutas animantes bona eſſe dicamus,certo n boni ordine, & inferiora bonis cæteris con-& ad certos vſus a Deo ſunt deſtinata. Iam ſi etiam in nobis ſitum eſt, vt vel boni vel mali s,eiusq; rei poteſtas noſtra eſt,neque quicquam ıod noſtram vel voluntatẽ vel declinationem ex parte vel cogere vel prohibere poſſit: hæc ra & vis libertatis (meo quidem iudicio) præ-eſt, & magnifica, & principalis, atque illius ɔr bonus & potens. Sin ipſe animus per ſeſe ab-it,cum ne aberraret penes ipſum eſſet: quis æ-s aberrationis illius auctor dicatur, quam ipſe ıus,qui principium & cauſa eſt tam boni quam ionis a bono, quique a ſe ipſo principium ha-

τὸ ἀκούσιον, συγγνωστόν.

Decipimur ſpecie boni.

Libertas voluntatis excellens Dei donum.

Homo quã quiduis aliud eſſe malis.

beat aueꝛſionis? Nam ea cauſa quæ initio eun
cit, non ſimpliciter talem fecit qui auerteretur
eum qui, ſi ipſi vellet, minime auerti poſſet. Si
voluntas eſt ipſius animi motus internus, ipſe
cauſa erit aueꝛſionis. Ac obſerua Dei ſolertiã. N
cum in medio eorum quæ ſemper ſurſum ſem
deorſum ſunt, quædam exſiſtere media, quæ
ſupernis, alias infernis aſſimilarentur, & ext
cum vniuerſi perfectione deuincirent, nutus
& propẽſio ad inferiora ſuborta vim habet eam
auerti a recto queat: tantam mediis hiſce vim
pertiit, vt quoad ipſa vellent, inconcuſſa mane
& ipſe vndecunq; nullius auctor mali conuin
tur. Atq; hæc prolixiꝰ tractata, non ad ea ſolum
tinent, quæ nũc ab Epicteto dicũtur: ſed ad ea q
declaranda, quæ de mali ortu & cauſa paulo
idem docebit. Nam in præſentia quidem hoc
ſatis eſt, cum dicit Epictetus. Velis ea quæ fiun
fieri vt fiunt: eum non loqui de animi improbi
(neque enim ille dixerit, bene agi cum illis, q
ſua & aliorum improbitate delectentur) ſed d
quæ corpori & rebus externis accidant, quibus
mo eruditus cuiuſcunq; fuerint modi recte vti
ſit, & quo duriora fuerint, eo fructum ex his ca
vberiorem. Nam illa ſunt ea quæ fiunt, quæ
dum ineruditi ſumus, noſtris appetitionibus &
clinationibus congruere volumus: non autem
appetitiones & declinationes, in quibus bonu
malum noſtrum eſt ſitum. Hæ enim penes
ſunt, noſtrique arbitrii. Quæ autem noſtri iuris
ſunt, ea ſuadet ne ſtudeamus fieri vt volumus, q
id nec penes nos ſit, nec perpetuo nobis exped
qui ſæpe ea quibus delectamur, quamuis perni
ſa, fieri cupiamus: aſperiora vero licet medic
loco adhibeantur, recuſemus.

Animus humanus in medio ſitus, vel ad cœlũ aſcendere, vel ad inferos deſcendere poteſt.

Epictetus de euẽtibus fortuitis loquitur.

EPICTETVS.

Morbus eſt corporis impedimentum: inſtituti item, niſi ipſe velis. Claudicatio pedis eſt impedimentu

entum, inſtituti non item. Quod ſi ſingulis in rebus
incidunt, conſideraris: inuenies eas alterius cu-
am rei, non tui, eſſe impedimentum.

SIMPLICIVS.

Qui res ſecundas ſibi eſſe velit, non id operam
oportere dixit, vt ea quæ fiunt, ita fiant vt ipſe
, ſed vt ita fiant vt fiunt. Quibus verbis ſimul
uod nunc propoſitum eſt, indicat, externarum
n difficultates ferendas eſſe, modice: ſimul, vt
or, quiddam quod obiici poſſit, diſſoluit. Ac
atio huiuſmodi fere mihi eſſe videtur. Siqui-
noſtri iuris eſſent externæ difficultates: vel ſic,
nobis expedirent, æquis animis, licet acerbio
uerint perferendæ. Si vero noſtri iuris non ſunt,
arum quælibet alterius cuiuſdam: quid mole-
rimus aliena? Morbus corporis eſt impedi-
tum. Et recte impedimentum dixit, non ma-
. Neque enim corpori malum eſt morbus aut
ritus, vt prius eſt demonſtratum: ſed impedi-
tum actionum illius eſt claudicatio, qua ipſe
litus fuit Epictetus. Quare verba eius non ex
ſed ex animo depromuntur. Claudicatio igitur
s eſt impedimentum: paupertas impenſæ, non
ntatis niſi ipſa velit. Quod ſi corpus eſſemus,
pes, aut pecunia, noſtrum iſta eſſent impedi-
tum. Quia vero nihil horum ſumus, ſed ani-
s rationis particeps, corpore pro inſtrumento
s, & rebus externis ad miniſterium: & quia bo-
n & malum in voluntate ſitum, ab iſtis non im-
itur: ne nos quidem impediri conſtat, neque no-
m eſſe impedimentum quicquid extrinſecus
iderit, ſed ſingula alterius alicuius, quorum nos
il ſumus: eoque ob illa non ſuccenſendum, quaſi
tra eſſent. Ita enim fit, vt voluntas ob res alienas
laboret malo, ægritudine. Et ſic id quod propo-
m eſt, demonſtratum eſſe arbitror. Soluit enim
uod ab vtili obiici queat, vt Rhetores dicunt.
erit enim aliquis ægrotare aut egere, non eſſe

Corporis & fortunarum incommoda nõ pertinere ad animũ, nec eius eſſe mala.

Et ægrotum & pauperẽ officio poſſe fungi.

vtile. Quis enim ægrotans muneribus naturæ fu
gi poteſt? Quis in extrema inopia quærendo vić
inuigilare non cogitur? Hoc igitur argumenti
ſoluit, quod morbus, paupertas & id genus inco
moda, non ſint impedimenta voluntatis, a qua tı
natura hominis, tum bonum & malum pende
Quis enim vetat ægrotantem naturæ ſuæ ample
conſentanea, declinare contraria? Extrema vero
Diogenes. opia, quomodo impellet ſuſcipere aliquid bono
Crates. ro indignum? An non & Diogenes & Crates & Z
Zeno. no tum germane philoſophati ſunt, vitamque n
Epictetus. turæ humanæ conſentaneam & tenuitatis diuiti
oculatis quidem hominibus tum vel maxime
monſtrarunt, copiis & opibus cum extrema ino
commutatis? Quis vero talem virum æquo anii
non alat? Quis non accipere ſe potius quam d
beneficium exiſtimet? Atque adeo, quid alia
empla requirimus, cum is ipſe qui hoc dicit Epić
tus, & ſeruus fuerit, & infirmo corpore, & ab inei
te ætate claudus, & extremæ paupertatis ita ſtud
ſus, vt eius domuncula Romæ nullis vnquam cl
ſtris eguerit? vt in qua nihil eſſet præter lectuli
& culcitram iu quibus dormiret. Et is eſt qui di
Claudicationem pedi eſſe impedimento, non
luntati: niſi ipſa voluerit, oratione e vita ſua
promta, nec in eo laborat, vt illa proferat quæ vu
laudantur, id quod plerique facimus. Quare hu
viri ſermones felicium animorum ſpecimen g
manum exhibent.

EPICTETVS.

QVicquid inciderit, in eo memento, ad te conu ſus, inquirere, qua facultate ſis ad vſum eius ſtructus? Si quem formoſum formoſamue videris: eam rem temperantiæ facultas in promtu erit. Si la obiectus fuerit, tolerantiam reperies. Si conuicium, tientiam inuenies. Quod ſi te ita conſueſeceris, v non obtemperabis.

SIMPLICIVS.

agna quædam propoſuit, quæque multis non *Ea poſſe fieri quæ ab Epicteto præcipiuntur.*
fieri videntur: cuiuſmodi eſt, morbum corpo-
alienũ malum eſſe deſpiciendum: velle quem-
lebere, vt ea quæ fiunt, ita fiant vt fiunt: item
xternarum rerum ſuauitatibus nos demulceri,
moleſtiis affligi oportere. Merito igitur nunc
dere inſtituit, fieri iſta poſſe, nec negata eſſe na-
humanæ quæ præſtare iubeamur. Oſtendit
m hoc modo: Humanum animum ſic eſſe con-
n, vt non ſemper ſupra maneat, vt angelicæ, &
nis diuinæ mentes: ſed vt & ad ortum aliquan-
eſcendat, & huiuſmodi rebus conflictetur. Da-
gitur vnicuique vires & facultates, quibus per-
ere incolumis, illasque res vincere & ſuperare
t: aduerſus opinionem rerum iucundarum, *ἐγκράτεια.*
inentiam (Dixit autem continentiam, & non *σωφροσύνη.*
perantiam, quia cum iis qui adhuc erudiuntur
io inſtitutus eſt) in quibus commouentur qui-
affectus, & cum ratione certant: ſed vincun-
ſi ratio efficax fuerit. Atque hoc eſt continens *Tanquam puer a pædagogo, ſic affectus a ratione cohibendi.*
e genus, quemadmodum cum non vincit affe-
n ratio, ſed ipſa vincitur: is habitus inconti-
s dicitur. In iis vero qui perfecte ſunt eruditi,
ctiones, quæ puerile quiddam in nobis ſunt,
fecte & citra controuerſiam rationi parent, vt ab
antum moueantur quæ ratio iuſſerit, & quando
quatenus: eſtque temperantia incolumitas & ››
minatus rationis noſtræ. * Diuiditur enim hæc, ››
n ab affectibus ſubigitur, ab eisque diſcerpitur:
ia vero manet & integra, cum affectiones ſupe-
r. Ad res porro laborioſas & moleſtas eruditis *ἀνδρεία.*
rtitudo præſto eſt, quæ dolorem ne ad veſtibu-
m quidem animi accedere patiatur, ſed omnia a-
era tanquam exercitationis ergo ſibi obiecta, ſine
oleſtia & afflictatione perferat. Iis autem qui
udiuntur tolerantia ſuccurrit, abiectis moleſtiis *καρτερία.*
neroſe reſiſtens, atque efficiens ne animus con-

cidat, ſed pugnet & propulſet doloris ictus. Nam cris tolerantiæ aduerſatio victoriam rationi cc fert, perturbationi cladem. Quæ ſi ſæpe adhib cum prudentia fuerit, perturbatio aſſueſcit par rationi, & non aduerſari: quippe iam erudita. N que iam opus eſt, vt cum moleſtia toleretur a quid. Neque enim qui talis eſt, adhuc dolet. Neq enim appetit quicquam, neque fruſtratur vlla neque declinat quicquam in quod incidit. Om autem dolor hiſce de cauſis excitatur. Ad conui um porro propulſandum patientia præſto erit. N que enim laborem, neq; afflictationem ſuapte n tura conuitium iis qui id audiunt infert, ſed deci tum quod in nobis eſt ſiue vanum, ſiue iracundu Illud quidem tantum facit vt improbet conuit torem. Ne igitur ex affectu noſtro improbatio i fiat: cognoſcenda quidem eſt conuitiatoris impr bitas (aut enim falſo conuitiatur, aut ob ſimult tem aliquam) ipſum vero conuitium ferendu cum nihil nobis noceat. Quid vero ſi conuitiato improbitas vel hac de cauſa, quod is ipſe læditur, f renda eſt, qui voluntatē ſuam, hoc eſt, qui ſeipſu contaminarit? E conuitio autem etiam fructus al quis eſt capiendus, iſque haud dubius, ſi falſum fuerit. Atque adeo etiam ſi verum fuerit, quod m lum aliquod noſtrum retegit, aut nobis ignotun aut vt notum ſit: eiuſmodi tamen, quod latere ali putemus. magnam enim hoc vim habet ad tiron eruditionis cohibendos, qui nondum propter ſc lum bonum, ſed & ex ambitione ſordidiores aff ctus moderantur. Vtilis enim eſt ad affectuum qu in nobis vigent, correctionem ambitio. Vnde extre ma tunica perturbationum ambitio dicitur, quo reliquis perturbationibus ipſa adiutrice exutus a nimus, hanc poſtremam exuit, vt tandem ad ipſum bonum nudus perueniat. Non debemus igitur (in quit) a quolibet externo caſu nos ad res externa trahente, ſtatim aſſentiri viſo eius, quo id quod ac cidit bonum malumve dicitur, neq; appetitionem

Fruſtratio. *Perpeſſio.* *ἀνεξικακία.*

Calumniator ſeipſum lædit.

E conuiciis fructum capere licet.

Fabius: Licet ipſa vitium ſit Ambitio, frequenter tamen cauſa virtutum eſt.

clinationem ſtatim commouere: ſed iis auxi-
iæ intra nos habemus, accitis & adhibitis,
id inciderit propulſare.

EPICTETVS.

*nquam te quicquam perdidiſſe dicito, ſed red-
idiſſe. Filiolus obiit? Redditus eſt. Prædium
tum? An non id quoq; eſt redditum? At impro-
qui eripuit? Quid id tua refert, per quem is
lerat, abs te repetierit? Sed quandiu conceſſe-
uam alienum, id curato, vt cauponam viator.*

SIMPLICIVS.

rebus externis vſurpandis, deque rerum qua- *Aliena reddimus.*
m euentu locutus, & vt rebus oblatis tam
us quam moleſtis vtendum ſit: nunc quem-
dum iis amiſſis affecti eſſe debeamus, docet.
em is qui ſua ſe retur amittere, non doleat, &
rem accuſet, fieri nequit. Qui vero aliena red-
iſſi plane ſit iniurius, neque dolet, neque ſuc-
ſua repetenti. Res externæ porro noſtræ non *Noſtra retinemus.*
oque nec in poteſtate noſtra ſitæ: ſed ſola hæc
i ſunt, deſiderium, appetitio & declinatio, in
is bonum & malum noſtrum ſitum eſt. Quæ
ta ſint, plane perſuaſum atque in promtu ha-
ebemus, res omnes externas nobis eſſe alie-
rit autem in promtu, ſi non verbotenus dun-
pro alienis ea habuerimus, ſed nos ad rem
conſuefecerimus. Qui igitur filio mortuo
t, eoque ſe priuatum queritur: eum apparet ſic
um eſſe, quaſi eum prius ſuum fuiſſe ſenſiſſet.
e de cauſa amiſſionem vocat reſtitutionem, *Vt ab animi affectionib. ſermo proficiſcitur: ſic affectiones animi ſermone excitantur.*
que moleſte fert: nec obſcurum eſt, talem, ſi
t, vlturum eſſe ereptorem. Qui vero ſe alie-
reſtituiſſe putat, nec ſeipſum affligit, nec eum
ſat qui repetiit id quod dederat. Obſeruabis au-
quid nobis per hæc oſtendat Epictetus: quod
modo cogitatio ſuam affectionem orationi
ab ea profertur imprimat, ſed etiam verbis ex-

citentur cogitationes,atque afficiantur. Sunt (inquit) res externæ alienæ appellandæ, vt ipſ minibus admoniti alienas eas iudicemus, i tanquam aliẹnis vtamur, & hoc ipſum ſemp eis ſentiamus. Et quoniam earum cura & ſtu amorem etiam erga illas auget: hæ quoque bus alienis adhibendæ ſunt, curandæ ſunt illa dem, non negligendæ: ſed non ita curandæ, propriæ, quæque eripi nequeant: ſed vt diue viatores,qui & alienum id eſſe norunt,ſeque ſ id relicturos cogitant.Dum vero adſunt,comn tatis eius pro virili rationem habent. Præcla tem QVAE DEDERIT inquit, vt in promtu alio eſſe data,eadem erepturo. Quia vero ſun etiam ereptionis modos ad augendum mole exaggerent: Quare mihi ſic,aut illo modo er Cur ſic periit puer,aut vxor? Facile ferrem, ſi non conuulſione deceſſiſſet? Perinde eſt (in iſtud, ac ſi moleſte feras, quod is qui dedera hunc illud,non autem per alium eripuerit. E uero eum qui ſuo arbitratu dedit,etiam ſuo ar tu repetere decet.Exempli autem loco protuli ctetus ea quæ maximam commiſeratione͂ mo liberos,vxorem: cum quibus reliqua compara a quibuslibet contemnuntur. Sed quod ipſe dixit, quodque poſt repetet, a paruis auſpican eſt.Furatus eſt aliquis pecuniam: ademit ſeru aut ædes,atq; etiam rem familiarem publicau dicas ea te perdidiſſe,ſed reddidiſſe.

Res externæ ita curandæ nobis, vt viatori diuerſorium.

Quod quis vtendum dedit, quouis modo repetendi poteſtate͂ habet.

EPICTETVS.

SI proficere ſtudes, iſtiuſmodi cogitationes facito: ſi mea neglexero, non erit vnde vi Niſi puerum caſtigaro, malus erit. Præſtat enin rire fame, timoris ac moleſtiæ expertem: quam omnium rerum circumfluentem, animo viuere turbato. Et puerum malum eſſe præſtat, quam te licem. A paruis igitur auſpicare. Oleum effundi

vi

... ſurripitur? Subiice tibi: Tanti venit tran... ... tanti conſtantia: gratis autem nihil acqui... Cum vero puerum vocas, fieri poſſe cogita, vt ... non ſit: & vt ſit, nihil agat ex animi tui ſen... Neq; vero ei tam bene ſit, vt tuarum perturba... habeat ille poteſtatem.

SIMPLICIVS.

...es externas pro alienis curandas eſſe, & vt di... ium a prætereuntibus, præcepit. Audit au... icere quoſdam: Si mea neglexero, non erit vn... am. Niſi caſtigaro ſeruum, improbus erit. ... ſpondet, primum ſermonis inſtitutum ob... is, quo bonum & malum noſtrum in rebus ... n noſtra poteſtate ſitæ ſunt collocatur, non ... in corpore, neque in rebus externis. Pertinet ... ad eos oratio qui adhuc erudiuntur, necdum ... uenerunt, vt ſimul & ſeipſos & res externas ... noxam curare poſſint. Hoc enim eruditorum ... i in tuto collocati, brutam ſui partem rati... bedientem præbuerunt: neque iam verentur, ... rte foras prominentes, a brutis appetitioni... ad res externas pertrahantur, earumque con... nem & perturbationem admittant. Hi enim ... intra ſeſe maneant, res etiam externas ſuo ... ue moderantur. In quibus autem appetitus ... c feruet, iis periculum eſt, ſi ad externa con... ntur. Nam brutæ appetitiones illis cognatæ ... nec dum moderatæ aut rationi ſubiectæ, eam ... hũt & demergunt in res externas, nondum ſua ... rnacula tenentem. Quid ergo faciendum eſt, ... qui eruditur, rebus neceſſariis egeat? Dici qui... potuiſſet, eius qui inſtituatur frugalitatem de... ientis rei familiaris ab incuria ortis facile poſſe ... oni, cum eum paucis contentum eſſe in primis ... ueniat. Si vero ne hæc quidẽ ſuppetant, non de... qui & paucis contentum, & ob ſui ipſius curam ... amiliaris contemtorem alere velint. Licuiſ... gitur, vt dixi, talibus verbis reſpondere, ac vere.

Auditorum diſcrimina conſideranda.

Rei familiaris detrimentis opponenda frugalitas, & alienum auxilium.

At is talibus rationibus tanquam mollibus, & uos virtutis incidentibus, eiusque puritatem taminantibus, ſi omnibus modis externaru rum acceſſionem & adiumenta deſideret pr miſſis, ad ſummum ipſius comparationis aſce præſtare fame emori doloris & timoris expe ſuamque perfectionem conſecutum, quam a perturbato copiis omnium rerum circumfl Quæ enim copiæ rerum externarum vtilitas qui naturæ congruenter viuit, cum potius ill datur? Quis vſus eſt ſumtuoſarum & vari epularum, ei qui per valetudinem citra noxan frui nequit? Illud etiam præſtat, corrumpi pue quam te fieri infelicem. Nam ſi fieri poſſet, vt & te ipſum conſeruares, & puerum curares: eſſet hoc pulcrius. Sin id fieri nequit, duabus de ſis, tum quod ipſe ineruditus alium erudire ne tum quod ſine vllo fructu pueri ipſe maxima menta capit: reliquum eſt, vt illum improl ſuæ relinquamus, & noſmetipſos curemus. Sic qui eruditur ad ſumma perductum cogit, vt perire malit, quam ob externarum rerum c manere ineruditus. Eſt igitur & pueri impro negligenda potius, quam mihi calamitas acci da. In ipſa vero comparatione monet, a paruis piendum. Nam & ipſius rei naturam, & tironis acute conſiderat. Moderata enim, & accomm viribus exercitatio, vt tuta, ita etiam efficax e quis autem moderata tanquam peruulgata a natus, in effuſione olei & vini furto exerceri ſ luerit, ac ſubito ad immoderata perruperit: is hæc tenere poterit, vt qui præter ſcalas ad ea a derit, neque per illa plus proficere quæ conte rit. Finge aliquem in paruis non exercitatũ ir ri Cratetẽ, & ſuam rem vniuerſam ſubito abii fieri ne poteſt quin eum facti pœniteat, neue rem opulentiam perpetuo requirat? Etſi enim tes, Diogenes, Zeno, aut quiuis alius ſubito ſur

Naturæ cõuenienter viuenti magnæ opes inutiles.

Noſmetipſos curemus potius quam famulos.

Eobanus: Ab imis quo bene ſumma petas, noueris eſſe viã.

Rara exempla periculoſa.

fru

..ditatem arripuit, vitamque naturæ conſentaneam: rarum tamen hoc eſt, & non tutum, cum eo raro fit, aliquem qui non & ipſe rarus quiſpiam, ſed vnus homo de multis fuerit, comparare. ...autem dixerit, quemadmodum initio a paruis ...exercendi ſimus, ad contemtum imminutæ ...ſſionis & pecuniæ, quo magis proficiamus: ...ngit, quomodo in famulis etiam, a paruis au...i, exercendi ſimus, ad contemnendam & ne...ndam eorum noſtri incuriam & contumaci... Ea enim eſt animo noſtro afferenda opinio: ...m vocatum aut non præſto fore: aut vt præ...i, imperata non facturum, eſtque ſic informan... animus, ne tam bene cum illo agatur, vt illius perturbari me velim. Nam quæ ſubita & im...iſa tironibus honeſtæ diſciplinæ obiiciuntur: ...hementer illos perturbant, & velut de gradu ...tos eo redigunt, vt inſtituti ſui obliuiſcantur. ...neditatio vero ſobrios & memores facit, atque ...aſſuetudine ad ea præparat quæ viſis & ſpei ...a ſunt. Quantum autem interſit præparatum ...mparatum aliquid excipere: cuiuis eſt perſpi...n. Neq; enim res acerbæ tantum, ſed & iucun... ...ræter ſpem oblatæ, animos perturbare ſolent. ...n moleſta quidem ſubito obturant & contra...t viſionem, vnaq; cum ea & corporis & ſpiritus ...peramentum. Iucunda vero ſubito diffundunt ...uellunt, ac diſſipant robur animorum. Hinc ...t ſimiles caſus vtraq; horum quantumuis inter ...ontraria ſequantur, vt animorum deliquia, vt ...res & exanimationes, ac ipſa prope mors. Atq; ... quidem perſpicua ſunt. Cæterum Epictetus in ...rum rerum imminutione monet ſubiiciendum ...: Tanti venditur vacuitas a perturbationib. tan...onſtantia & animi tranquillitas, gratis vero ni... acquiritur. In ſeruis autem, ſi quis vocet famu...), inprimis eſſe cogitandum, omnino fore, vt aut ...ſto non ſit, aut vt præſto ſit, imperata non factu...n. Præclarum igitur fuerit, vtrunque præceptum

Abſit vt ob viliſſimos homunciones perturbemur.

Præuiſa tela minus feriunt.

Et præparatio diligens, & vilium rerum cum animi tranquillitate comparatio, coniungẽda.

vtrobique coniungere, & ad eandem rem a
modare. Nam & rei familiaris diminutio ar
velut ob oculos ponenda,& animo concipien
& ſeruus ſiue vocatus non audiat, ſiue quod
fuerit non faciat,ſubiiciendum : tanti vendi
cuitas ab angoribus, & animi tranquillitas &
ſtantia, gratuito vero nihil contingit. Ipſe
fortaſſis in effuſione olei,aut vini furto,vt rel
lioribus præparatione nihil opus eſſe cenſuit,
tis eſſe ea verba, vbi tale quid acciderit ſubiu
In rebus etiam minorib. comparatio hæc ſa
bet virium ad mouendos animos: ſiquidem
rerum olei & vini iactura eo quemuis adduc
teſt,vt eas cum vacuitate a perturbationibus,
mi tranquillitate & cōſtantia permutet,nec a
pus duntaxat, ſed conſtanter & perpetuo, ſi c
hac quaſi mercatura ſolertem nauarit operam
enim,vt Homericus Diomedes,aureis ęrea no
mutet? Quis vero maxima animi bona,rerū
narum iactura non redimat? Etſi aliquand
etiam iactura vitari poteſt: & ipſa præparati
eſt,vt iacturam illam tua nihil intereſſe putes.

EPICTETVS.

SI proficere vis: ne recuſa, quo minus ob reru ternarum neglectum,amens & fatuus habe

SIMPLICIVS.

In honeſto propoſito nō reformidandæ cauillationes imperitorum.

Multi rebus externis ſtudemus, non mod
uentus ergo rerum neceſſariarum, ſed & ob v
dam apud alios ignauiæ & amentiæ opinioner
igitur iſtam quoque viſionem reprimat, tiro
monet proficiendi cupidum, ne propter eam
externis ſe dedat, internis neglectis. Nam qu
ratio eſt, permanere amentem, ne ab amen
amens iudiceris? Ac ipſa illa aſſuefactio,ne am
um in degenda vita iudicium ſequi velis, eo
nihil cures, vtcunque de te ſentiant, ſed in re

ratio

tiiem intuens, & iudicium eorum qui rationi
nenienter viuunt, ſequens res tuas adminiſtres,
am naturæ hominis, qui eſt rationis particeps
al, parandam, plurimum confert.

EPICTETVS.

E quid ſcire videri velis. Quod ſi quis aliis eſſe videaris: ipſe tibi diffidito. Scito enim facile ſe, inſtitutum tuum in eo ſtatu, qui eſt naturæ itaneus, conſeruare, & res externas amplecti: iter non poſſe fieri, quin is alterum qui curet, al- negligat.

SIMPLICIVS.

Oſtentatio doctrinæ & vanæ glorioliæ ſtudium fugiendum.

N eo vehementer elaborat Epictetus, vt tironis iũ, tempore inſtitutionis præſertim, ad ſeipſum ertat. Quoniam igitur non rei modo familia- ıra mentẽ ad res externas pertrahit, ſed etiam, idem multo magis, vanæ gloriolæ admiratio: ioribus etiam hominibus, & iam aliquo vſque reſſis obſtrepit: hanc quoque radicitus exſtir- iubet. Nihil, inquit, ſcire videri velis: non quod itiæ deſiderium impediat, ſed vt oſtentatio- eprimat cupiditatem. Hæc enim cum inflat num, & ad externa trahit, eoque redigit vt ad i opinionem non ſuo iudicio vitam inſtituat: ea opinione vulgi contentum ad veram ſcien- contendere non ſinit. Recte autem non dixit, il videare, ſcire: ſed, Ne videri velis ſcire aliquid, exiſtimatio de nobis, non eſt noſtra, nec in po- te noſtra ſita: velle aũt, noſtrum eſt opus. Quo- n igitur ſæpe aliquibus aliquid videmur, etiam iti: tum ipſe, Tibi, inquit, diffide. Id enim adiu- to eſt, ne quis populari ſe cẽſuræ ſubmittat, caue tentus diſcendo exercendoq; ſe longius nõ pro- diatur. Sibi autẽ non multũ placere nec magni- de ſeſe ſentire, ad eos qui erudiuntur pertinere ſtat. Nam ei qui ſcientiæ cõpos, de ſeipſo tuto &

vere iudicare poteſt, non opus eſt ſibi ipſi diff
Opinio porro in animis exſiſtit, non ſcienti
tum,ſed & modeſtiæ, aut iuſtitiæ,aut fortitu
aut prudentiæ, aut cuiuſcunque virtutis aut
facultatis, aut dignitatis humana conditione
rioris. Hæc,& id genus alia omnia, minuta par
Aliquis,complexus eſt,cum diceret: Ac tame
quis aliquibus videbere. Mox communem co
ſionem ſubiicit tam his quæ nunc, quam ii
antea dicta ſunt, de rerum internarum cura
eſſe facile tironi & voluntatem naturæ conſen
tueri, & res externas appetere, ſiue pecunia
ue gloriam. Voluntatis enim gubernatio, n
conſentanea, complectitur earum rerum, qu
in nobis ſita eſt poteſtas, ſtudium: & earun
noſtri iuris non ſunt, contemtionem. Cont
vero de rebus externis contrariū conſectatur. (
in vtroq; elaborare tironi difficile eſt. Caute a
non dixit, non poſſe fieri, ſed non eſſe facile, o
ingenia & raros motus excellentium ingenio
Sed neceſſe eſt, inquit, vnum vtrum recte ad
ſtrare volueris, prorſus negligere alterum.

EPICTETVS.

SI in id ſtudes, vt liberi tui, vxor, amici, pe
viuant & floreant: ſtultus es. Nam quæ
poteſtate non ſunt, ea in poteſtate tua eſſe vis, &
na eſſe tua. Sic etiam, ſi puerum peccare non vis
tus es. Id enim poſtulas, vt vitium non ſit vitium
quiddam aliud. At ſi eo quod appetis, fruſtrar
vis, hoc quidem potes.

SIMPLICIVS.

Expetenda & ſtudio digna.

Studio digna ſunt, quæ & rite confici po
(nam qui in rebus irritis elaborat, deſipit) &
decent illum qui id ſtudium ſuſcipit. Aliena
curare, ſuperuacaneum eſt. Præterea ſtudio dig
eſt, ſi res propoſitæ habeāt aliquod operæ pret

firmit:

itatem & conſtantiam. Quis enim cordatus o in rebus vilibus, vacillantibus & ſtudio indi- ſuum ſtudium conſumat. Tironem igitur a o rerum externarum auocaturus, diuiſione re- noſtri & alieni arbitrii initio propoſita: exter- iæ ſint, aliena etiam eſſe declarat. Neque enim s nos ſunt aliena, vt demonſtratum eſt. Qui r liberos, qui vxorem & amicos viuere vult, id vult & expetit eorum quæ in noſtra pote- ſita non ſunt: eaque de cauſa noſtri arbitrii eſt, eo potiri. Quarum enim rerum poteſtas a non eſt, ea plane conſequi non poſſumus: ſed m eſt illa dare, quorum eſt poteſtas. Præterea ternæ ſuapte natura ſunt viles, caducæ, infir- ncertæ. Mortalia enim, inſtante fato, mori ne- eſt. Item, qui poſtulat vt famulus ſeipſo inter- ſit melior (id quod nobis ſæpe accidit, qui pec- ſeruulorum ægre ferimus) ſtultus eſt, cum ea eret, quæ fieri nequeunt. Nec enim fieri poteſt, animus brutam ſui partem in degenda vita ſe- s (ſiquidem animi vitiũ eſt, perperam agere) ſe agat. Neceſſe igitur eſt earum rerum ſtudio- quæ nec fieri poſſunt, & alienæ caducæq; ſunt, ile amittuntur, fruſtrari iis, fruſtratumq; do- x plorare. Si ergo fruſtrari nolumus: in rebus noſtri ſunt arbitrii, elaborandum erit. Noſtri m arbitrii eſt, ea expetere, quæ ſecundum natu- nobis conueniunt. In eo igitur, & non in rebus nis ſtudium noſtrum conſumamus.

Heri poſtulant, vt ſerui ſint ipſis meliores.

EPICTETVS.

Viuſq; dominus is eſt, qui ea quæ ille vult, aut non vult, poteſtatem habet vel conſeruandi, vel eri- di. Quiſquis igitur liber eſſe volet, neque cupiat quam, neq; auerſetur, eorum quæ penes alios ſunt. ninus, ſeruire neceſſe erit.

SIMPLICIVS.

t hoc rerum externarum criminationem conti-

Duram ſeruitutem ſeruiūt, qui res externas deſiderant.

net, & animorum ad eas propenſionis, ob non modo fruſtrati iis quæ appetimus, & o iis quæ declinamus, dolemus & ploramus: iam ſeruire, nec vni ſolum, ſed multis, inte etiam acerbis dominis cogimur. Cuiuſque inquit, herus & dominus eſt is, qui poteſtate bet, ea quæ ille vult, & deſiderat, aut conferen auferendi. Nam iis qui noſtra deſideria expler ſunt, nos ſummittimus, paremus, & ſeruilē i dum miniſtramus, vt nobis morem gerant. qui ea quæ habemus, eripere poſſunt, cum t adulamur: tremimus, & demulcemus eum minum, qui ea quæ nos declinamus nobis i poteſt, ne inferat: & qui eripere poteſt, me e Conſtat autē & externa & nobis aliena eſſe ea rum alii poteſtatem habent vel conferendi, v ferendi. Noſtrarum enim rerū nos domini ſi & in noſtra poteſtate illæ ſunt. Quod ſi bon libertas: ſi liberi non autem ſerui eſſe volum appetamus quicquam quod penes alios eſt, e que non declinemus. Alioqui multifariam ſ neceſſe erit, vt res deſideratas & conſequamu tineamus: vt declinemus res fugiendas, nec incidamus. Vide autem, vt quauis in re bin minos habeamus: alterū intus, alterum foris tus enim appetitus ratione commota, hoc eſt, ipſis, quorum natura pendet a ratione, & capt vna cum illa ſeruit externo domino: vt non ſerui, ſed ſeruorum ſerui ſimus. Ac alii quidem ſaltem in ſomnis ab heris ſuis diſcedunt, & al vacationis ab eis impetrant. Nos vero etiam mnis petulantibus, iniuriis, & monſtroſis e immitium iſtorum dominorum paremus: ne iugum eorum ſubierimus, vllam vacationem bemus: ſed alias factis, alias verbis, alias ima bus & viſis ab eis exagitamur. & (quod peiu cordatiores ſerui abſurda heroum mandata i exequuntur: nos vero & lætamur, & rationes miniſcimur, quibus ea vel conſequamur, vel

Bini domini, alter internus, alter externus.

ne

is quæ illi imperant, nnnquam ſine damno &
nento.

EPICTETVS.

Emento ſic in vita eſſe verſandum, tanquam in conuiuio. Si quid circumferēdo ad te peruenerit, ta manu partem modeſte capito. Præterit? Ne de Nondum adeſt? Ne longe appetitū extendito, ſed ta dum ad te perlatum fuerit. Sic erga liberos, ſic oniugē, ſic erga magiſtratus, ſic erga diuitias ſi us fueris, aliquando dignus eris conuiuio deorū. ro ſi oblata etiam non acceperis, ſed deſpexeris: nuiua deorum modo, ſed & Imperii conſors eris. im cū facerent Diogenes, Heraclitus, & ſimiles, diuini, vt erant, ita & dicebantur.

SIMPLICIVS.

conum ad res externas propenſione multifari- frenata: ne prorſus ab eis dehortari videatur, am ex eis, & quomodo percipiēdæ ſint, docet. dixit, neceſſariis aut alioqui vitæ vtilibus re- biter eſſe vtendum, ad nauem animo ſemper to. Nunc vero monet, quæ ex his dentur, mo- eſſe accipienda: vt vxorem, liberos, principa- diuitias, & id genus alia, ſed appetitum ad ea xtendendum eſſe. Sed ſi data auferantur (hoc verbum præterire ſignificat opinor) non eſſe enda vi: ſed eorum ereptionem ægre non fe- m. Sin nondum adſunt, ne appete eas, neque in deſideriis & viſis iſtis eſto, & tui ipſius & ctus tui oblitus. Atque etiam ſi data fuerint, tabundus & auidus in illa totus incumbas: ſed e, modeſte, & ſummis (quod aiunt) digitis ttingito, vt iis & imperare, & vt oportet frui s, ſupra eas eminens, & non demerſus in iis. uentum autem hunc eorum qui eodem in loco o tanquam conuiuatore congregantur, conui- omparat, in quo quiſque ſibi attributis epulis, ruenter appetitionibus ſuis fruatur, alius mo- l, & pro natura ſua, & ex ſententia conuiuatoris: *Vita conuiuio ſimilis.*

alius inepte & petulanter, tam ſibi inutiliter, contra voluntatem conuiuatoris. Quod ſi q quit, eorum quæ vulgus maximi facit, non acceperis, ſed deſpexeris, vt Crates & Di fecerunt, qui rogatus ab Alexandro quid Recede, inquit, e ſole: nam apricabatur. Itaq ratus Alexander magnitudinem animi eius uit, ſi fieri poſſet, vt Diogenis ſimilis euadere minus: vt maneret Alexander. Qui igitur, in etiam cum dantur, non accipit, ſed aſpernatu eam vitæ excellentiam contendit, quæ a gen ne & ortu ſeiungitur, non compotor modo ſed & collega in imperio euadit. Nam prou Deorum in ortu hominum curando, conti les ſibi facit eos, qui ex eorum ſententia vit gunt. Si vero ſeiungantur, & ſuper omnia ant (Nam quod pro auctoritate imperat ſeiu eſt ab eo quod paret) hæc eadem imitatore nimos ad imperii ſocietatem vocat. Nam ſublimi verſantes, vniuerſitatem rerũ tanq ea exemti & liberi, vna adminiſtrant. Quare(ij qui hæc deſpexerunt, Heraclitus & Dioge uini & erant, & iure appellabantur. Diuini .1 qui ſecundum id quod in ipſis ſummum & ſe eſt a contagio corporis, ætatẽ exigunt. Quo ab omni parte ſummum, diuinum eſt. Or enim rerum ſummum faſtigium eſt Deus.

Compotores & collegæ deorum.

EPICTETVS.

CVm eiulantem quempiam videris in luct peregre profecto filio, ſiue rebus amiſſis: te viſum illud moueat, vt exiſtimes, verſari malis ob externa: ſed ſtatim ipſe tecum diſti ſitq; in promtu, vt dicas, Iſtum affligit non ca (alium enim non affligit) ſed concepta de eo Ac oratione quidem tua eius perturbationi uire, ne dubita: atque adeo, ſi res ita tulerit, miſcere. Cauebis autem, ne intrinſecus etiam gemiſcas.

S

SIMPLICIVS.

t in iis rebus externis quæ expetendæ viden-
n præproperum eſſe, nec eas auide arripere
,reputantem,cuiuſcunq; ſint modi, bonum
n in iis non eſſe collocatum: ita in iis etiam
s rebus, quæ fugiendæ videntur, conſtan-
e decet, quod nec mala noſtra in rebus exter-
ſint. Cum igitur eiulantem, inquit, aliquem
, ſiue filio mortuo aut peregre agente, ſiue re
ſua perdita: ne te viſum id impellat, vt eum
xternas in malis eſſe exiſtimes. Neq; enim
s externis mala noſtra ſunt, ſicut ne bona
n. Cur ergo iſte plorans, tanquam malus ſit
tus, affligitur? Nec is enim ſua natura talis
lioqui omnes affligeret eos quibus eueniſſet.
l quod natura calet, omnes eos a quibus at-
r,calefacit. At vero Anaxagoras audito filii *Anaxagoras.*
tu,placido ſimul & magno animo: Noram,
,me eum genuiſſe mortalem. Quid ergo af-
tum? Quod opinatur ſibi aliquid accidiſſe
d eſt quod eum affligit. Opinio autem no-
. Itaque verum malum eum affligit; verum
in rebus externis poſitum eſt, ſed in iis qua-
oteſtas in nobis ſita eſt, vt hoc illoue modo
imemus. Quid ergo? Vir bonus non afficie- *Aliorum ſtultitia dolenda.*
rum dolore,qui affliguntur,& improbata eo-
opinione ipſos negliget? Nequaquam. Sed
ri ſeruiendum,& quadantenus aſſentiendum
um oratione dolorem præ ſe ferente: tum, ſi
it,vna gemendo,idq; non ſimulate (nec enim
m virum decet ſimulatio) ſed illud gemen-
ſt,tantam eſſe hominum imbecillitatem, vt
nodi res gemitu dignetur. Eſt autem animad-
ne dignum, quatenus iſta progredi affectio
t,ne eo veniatur, vt ipſe etiam ex animo pro- *Qui ipſe ægrotat, mederi alteri non poteſt.*
aſum illum ingemiſcas. Neque enim opem ei
iam poteris qui lamentatur: cui affectui me-
ui vult, eum vt & aliquatenus ab eo affectu

retrahat, & aliquo modo eidem ſubſeruiat op
ipſum in tuto collocatum. Neq; enim is qui o
no in ſuo ſtatu permanſerit, retrahet eum c
flumine abripitur, nec ſi totus cum eo abripi
Qui enim rebus humanis plane exemtus eſt,
immiſericors videatur, nihil valet apud eu
angitur. Ei vero qui eodem affectu vincitur
conſolatione eſt opus.

EPICTETVS.

Actorem eſſe fabulæ talis, qualis magiſtro p ta fuerit, te memento: ſi breuis, breuis, ſi longa. ſi medicum agere te voluerit: fac eam quo ſonam ingenioſe repræſentes. Ita ſi claudum, ſi p pem, ſi plebeium. Hoc enim tuum eſt, datam per bene effingere: eam autem eligere, alterius.

SIMPLICIVS.

Prius conuiuio vitam hanc, & externarum vſum comparauit: & qui eas largitur Deum, c uatori, qui liberum nobis fecerit oblata vel a re vel repudiare eaque de cauſa noſtram appe nem inſtar pædagogi informauit, ac docuit, c admodum res externæ tam præſentes, quam ritæ & futuræ ſint amplectendæ. Nam in con ſuo quiſque arbitratu vel abſtinet appoſitis, v itur. Nunc eandem ſcenæ ſimilem facit, & e in ea verſantur vt fabulæ actores, Deum vero dilem & magiſtrum deſcribit: in qua eam nam quæ aſſignetur vel accipere vel repudiar ſit noſtrum. Omnino enim neceſſe eſt eam a re, qualia multa ſunt quæ a fato dependent. enim penes nos eſt, aſpernari diuitias: pau tem tamen aut morbum vitare, non omnino nos eſt. Etſi nobis licet non eſſe dominis au giſtratibus: at quo minus ſeruiamus aut pare non eſt noſtri iuris. Quare in his noſtri arbi vſus, & bonum aut malum noſtrum quod a

Vita quid eſt aliud niſi ſcena? Aut ludere diſce, Curis ſepoſitis, aut cruciare miſer,

at

, non in accipiendo, aut non accipiendo, vt ctum eſt, ſed in appetitu & vſu eſt ſitum: qui iuris eſt, vt ea vel bene vel male tractemus. ene morbum aut paupertatem ferre, & iis vti l vltro vel coactus acceperis, in tua poteſtate & in ſcena, vbi ſingulis hiſtrionibus aptam perſonam imponere, ſiue regis, ſiue ſerui, ſiue qualis eſt Oreſtis, eius eſt qui fabulam edit, am perſonarum quæ in ea ſunt, quam hiſtri- ingenia perſpecta habet. Sed impoſitam per- belle repræſentare deſignati hiſtrionis erit. ſæpe ſeruus, aut mendicus, aut furioſus pro- n fabula: diues autem, aut imperator, aut rex batur, cum illi datam perſonam belle expri- hi vero ſuam male, prout vtrique in eo ela- int. Sic etiam fit in vita. Quot enim regibus, ous, robuſtis, ſeruus pauper & claudus Epicte- m a chorago & magiſtro Deo, quam ab huius pectatoribus eſt prælatus, qui perſonam ſibi itam bene & ex magiſtri ſententia egit, & quod fuit, probe adminiſtrauit? in quo bonum & n hominis ſitum eſt, & id quod a cordatis ho- ous vel laudetur, vel vituperetur.

Epictetus, regius hiſtrio.

EPICTETVS.

oruus inauſpicatum crocitarit, ne te viſum il- l moueat: ſed ipſe tecum diuide ſtatim, & dic: iſtorii mihi protenditur, ſed aut corpuſculo meo, cula mea, aut exiſtimationi, aut libris, aut vxo- hi autem fauſta omnia portenduntur, ſi ego vo- Quicquid enim iſtorum acciderit, ex eo penes l, fructum vt capiam.

SIMPLICIVS.

Caput hoc, mea quidem opinione, ſi præpoſi- ſuperiori fuiſſet, ſuum locum tenuiſſet, poſt id præcedit, cuius initium eſt: Cum eiulantem piam videris in luctu. Nam ibi cum dixiſſet,

non affici oportere eorum dolore qui ob ext
alicuius rei iacturam in malo ſibi eſſe videa
neque aſſentiri, talem in malo eſſe. Siquidei
ſtri boni & mali vis ac ſumma in iis ſit, quæ i
ſtra poteſtate ſita ſunt. Nunc, ſiue auguriun
omen, ſiue diuinatio mali aliquid portendei
videatur: ne ſic quidem, inquit, aſſentiaris: ſ
poſitis corporeis & externis rebus cogites, bc
& malum tuum penes te eſſe. Si igitur ipſe in
eſſe nolueris, iſta quæ portenduntur mala, no
portendentur, ſed aut corpori tuo, aut famæ, :
pibus, aut liberis, aut vxori. Tibi vero prc
omnia ſignificantur, ſi ipſe vis, quia penes te e
num & malum tuum. Atque adeo fieri pote
mala quæ videntur in rebus externis, tibi prc
& tanto magis proſint: quanto maiora viden
recte ea tractaris. Atqui ſi ea tua mala eſſent,
rent, non iuuarent. Quoniam igitur ijs & i
potes, nec tibi quicquam accidet mali niſi ip
lis: etiam ea quæ portendi mala videntur, ſi
eris, non tua mala erunt, ſed eorum alicuiu
extra te & a te ſeiuncta ſunt.

EPICTETVS.

*INuictus eſſe potes, ſi in nullum certamen deſce
quod vincere tui arbitrii non eſt.*

SIMPLICIVS.

Quod dixit, nihil tibi portendi mali, niſi ipſ
lueris, vt in tua poteſtate ſit, non eſſe in malo:
ſubobſcure, vt opinor, his verbis cauſam & ra
affert. Nam penes te eſt, nunquam cum extern
bus congredi & certare, ſiue appetendo ſiue
nando: in quibus aliquando vinci neceſſe eſt,
fruſtratum rebus deſideratis, aut circumuer
declinatis: penes te eſt in ijs ſolis verſari, quib
vnquam fruſtrere ſiue appetendo ſiue declina
tui eſt arbitrii. Id vero non aliud eſt, quam ſi

nunquam ſuccumbas, ſed perpetuo ſis inui-
ſ penes te eſſe. Quod ſi hoc, illud etiam penes te
dio procul, ne vnquam ſis in malo. Nam qui
o eſt, a malo vincitur. Sin penes te eſt ne vn-
in malum incidas: illud etiam penes te erit,
d vnquam tibi mali portendatur. Recte igi-
tum, Nihil tibi portendi mali niſi ipſe velis:
, niſi in certamen deſcendas, cuius victoria
te non ſit: hoc eſt, niſi in rebus externis bo-
uum & malum tuum collocaris.

EPICTETVS.

*uem igitur eximiis honoribus affectum, aut am-
i poteſtate præditum, aut alioqui florentem vi-
vide ne quando beatum illum prædices, viſo-
npetum ſecutus. Nam ſi in rebus noſtræ poteſta-
ectis vis tranquillitatis conſtiterit, nec inuidiæ
nulatio locum habebit: tuq; ipſe non Imperator,
enator, non Conſul eſſe voles, ſed liber. Ad eam
n rem via vnica eſt, eorum quæ in poteſtate no-
on ſunt contemtio.*

SIMPLICIVS.

Cum inuictum eſſe dixiſſet eum qui nullum de
s alienis certamen ſuſciperet, exempla vero eo-
quibus hæ proſpere eueniſſe videntur, & æmu-
aduerſus eos & inuidia vel in primis eo attra-
t: compendio demonſtrat, eorum neminem
bonum humanum quærunt, vnquam inuidere
æmulari. Nam ſi bonum humanum in rebus
ræ poteſtati ſubiectis ſitum eſt: qui vero popu-
honore, potentia, gloria præcellunt, nihil eo-
n habent, quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt: hu-
nodi homines, ne bonum quidem habere ho-
ni conueniens conſtat. Quid ergo loci aduerſus
s habeat inuidia, aut æmulatio? Nam & inuidia *Inuidia.*
lor eſt, ob alienum bonum ortus: & æmulatio *Æmulatio.*
ior quidam voluntatis exæquandi ſe cum eo

quod bonum habetur. Naſcuntur autem hæ
turbationes ex eo, quod quiuis homo ipſius
ræ impulſu honoris eſt appetens, nec paribus
gnitate vult concedere. Itaque ſi qui ſunt infi
ribus ingeniis, qui ipſi nihil proficere poſſunt
ximum quenque deprimendo æquare illum a
Inuidus. iam ſuperare contendunt, & ſucceſſibus ali
dolent, quæ eſt inuidia. Nam ad eum qui cum
agitur, vel agi videtur, inuidia velut arrepit, i
mis vel genere, vel ſtudio, vel fortuna parem. N
enim vel prorſus eminenti vel omnino inferic
uidet, neque cum talibus certat quiſpiam. In
bus vero aliquid animi & neruorum eſt, hi in
mati auiditate feruntur, vt illos ſtrenue pro
endo vel æquent, vel ſuperent, cum quibus ſit
tamen inſtituerunt. Quare inuidia ſemper eſt
Æmulatores. ſus affectus: æmulatio vero cum virtutem ſp
bona eſt, & cognata boni amoris: cum autei
externas, mala, nec inuidia melior. Si ergo &
dia & æmulatio opinione boni excitantur, h
verò & potentia & celebritas nominis, quæ v
in bonis habentur, bona non ſunt, cum bonu
rebus noſtræ poteſtati ſubiectis ſit collocatum
ſtat, in iis inuidiam & æmulationem nihil h
loci, ſi quidem veritas ſpectetur. Non decet ig
eum qui eruditur, inuidendo vel æmulando
quibus iſta ad voluntatem fluere videntur, i
Via libertatis. bonum collocare, Libertas enim ei expetenda
ſuis temerariis affectibus, nihil autem rerum e
narum. Vna vero, inquit, ad libertatem via d
rerum quæ in nobis ſitæ non ſunt, deſpiciei
quæ nos & libertate priuant, & victoria. In his e
& fruſtrari, eſt iis quæ appetimus, & in ea qua
gimus, incidere. In his verſantur brutorum
ſtrorum affectuum appetitus, & tyrannis eor
quam in nos exercent. Quamobrem rebus exte
deſpiciendis, etiam cognatas cum eis appetitio
veluti ſociis deſtitutas, rationi præbemus ob
entes.

EPICTETVS.

Emento, non eum qui conuicietur aut verberet, auctorem eſſe contumeliæ: ſed opinionem de quam contumelioſis conceptam. Cum igitur te am iritarit, opinione tua te iritatum eſſe ſcito. ropter inprimis operam dato, ne viſa tibi aſſen xtorqueant. Nam ſi ſemel tempus & moram aris, facilius ipſe tibi imperabis. Mors & exi & omnia quæ in malis habentur, ob oculos tibi lie verſentur: omnium vero maxime mors. Sic vnquam humile cogitabis, nec impenſe cupies uam.

SIMPLICIVS.

urſus eleuatis iis quæ in rebus externis haben ona, & via vnica ad libertatem demonſtrata, n quæ noſtri arbitrii non ſunt, contemtione: contra hæc afferri poſſunt vel oratione, vel ti m tacita cogitatione, diſſoluit, ipſis eruditio rincipiis innitens. Occurritur autem ei hoc o: Si res externas deſpexerimus, eaque de cau es & inopes permanſerimus multas potentio iniurias perferemus, cum & nullis muniti præ ſimus, & eis adulari recuſemus. Nam & con ntur & verberant, & variis nos contumeliis af nt, & quæ habemus eripiunt, & relegant, inter deniq; nos occidunt. Ipſe vero ad hæc reſpon nihil eſſe in iſtis graue, quod alioqui omnibus ia viderentur: ſed opinionem quæ ea grauia at, eſſe grauem. Quare non iſtos, cum talia faci, contumelia nos afficere: ſed quæ in nobis ſit o ionẽ, qua nos affici contumelia putemus, eam quæ contumelia nos afficiat. Opinionem au & exiſtimationem de ea, noſtrum opus eſſe. s igitur a nobis ipſis affici contumelia. Neque o grauem rem eſſe, aut indignatione dignam, tumeliam, inde conſtat. Aut enim verum eſt nen, aut falſum. Si verum: cur moleſte ferimus

Pauper vbiq; iacet.

Crimen ſeu verũ ſeu falſum, æquo ferendum animo.

veritatem? cur facere non piget, audire pige falſum: ille qui mentitur: læditur. Quid agendum? Ne tibi aſſenſionem extorqueat contumeliæ, vt vocifereris, & lamenteris, te i lo eſſe exiſtimans: ſed ſpatium ipſe tibi pr rei conſiderandæ, cuiuſnam modi ſit. Nam ſi poris aliquid & moræ impetraris, repentinu iectum te non commouebit, ſed ſimul interim quillus eris: ſimul ſpatium habebis principi ctrinæ promendi, & diſtinguendi, vtrum ille in noſtra poteſtate ſit, an non? Quod ſi in poteſtate non eſſe eum inueneris: adiunges, bonum neque malum noſtrum eſſe: & penes eo pro bono vti, & fructum inde capere, magn mo eum deſpiciendo. Ne autem aſſentiare, mum tibi conferet tacendi conſuetudo: ſi qui acciderit, donec æſtum animi deferbuiſſe inte ris, & canem tuum internum latrare deſiiſſe. F enim & Socrates, ſi quando commotus eſſet mentius, prorſus tacuiſſe. Cum his, mea ſent ſtatim reliqua ſunt connectenda, coniunction intellecta, vt dicas: Mors vero, exilium, cæte omnia, quæ in malis habentur, quotidie tibi ſi oculos, &c. Cum enim communi ſermone mnibus externis caſibus, & rebus, vt habe formidabilibus diſſeruiſſet, nullam earum n terribilem, neque contumelioſam, neque no eſſe, ſed opinionem de iis conceptam eſſe, qu mno aut contumelia nos afficiat: id adiumer ne viſis aſſentiaris, aduerſus conuicia & ve ſubiecit, ne iriteris ab eis, aut concidas. Adu exilium autem & mortem, & id genus alia gr ra, aliud remedium excogitauit, ne illa pute nunquam ad nos peruentura: ſed continent ſpectemus, vt quæ aliquando eueniant. Nam tio demonſtrarit, res externas neque bonas eſſe que malas, & conſuetudo nobis eam quaſi natu attulerit, vt aduerſus ea vt vſitata & quotid affecti ſimus: nec ijs quæ moleſta habentur,

Canis interior.

Silentium Socratis.

Diuerſorum morborum diuerſa remedia.

pri

ir:mur: nec ſuauium rerum imagine vltra mo-
ur alliciemur.

EPICTETVS.

pientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? Statim te para, aſi futurum ſit vt deridearis, vt multi te ſub nnent: vt dicant, te ſubito philoſophum exſtitiſ- ut rogent, vnde ſupercilium iſtud? Tu autem rilium ne habeto: ea vero quæ optima tibi vide- ntur, ſic teneto, quaſi a Deo ſis in ea ſtatione col- cus. Cæterum memento, te, ſi in eodem ſtatu per- eris, iis tandem admirationi fore, qui te prius runt. Sin eis ſuccubueris, dupliciter fore de- a dum.

SIMPLICIVS.

ot præceptis omnes homines, quatenus homi- eunt, hortatus, vt rebus externis earumque ad- tione, vt alienarum, relicta, in ſemetipſis bonũ alum quærant, id quod libera voluntate, appe- tne ac delectu præditos animantes deceat: iam et cum ijs qui aliquantum profecerint, & philo- iam ament, loquitur pleraque, & huius deſide- rincipium ſtatim præmunit, ea quæ initio ta- ts euenire ſoleant prædicens, ne de improuiſo cta perturbent, & deſtruant inſtitutum. Nam lique mortales, eos qui a conſueta viuendi rati- recedere volunt, moleſte ferre conſueuerunt: alias ne peius cum ipſis agi videatur, familiares *Philoſophi deriſui expoſiti.* ſertim derident & ſubſannant: alias, quaſi prę- meritum inſoleſcentes, opprobriis petunt, irati- ſimul & inuidentes, alacritatem eorum retun- e ſtudent. Itaque multi hoc deriſu, his ſannis, e opprobriis victi, deſertis ordinibus ad priſtinæ e conſuetudinem redierunt. Neque vero vultu eſtu tantum ridentur, ſubſannantur, conuiciis gitantur omnes: ſed nonnulli cum ipſi, tum qui um inſtitutionis adiutores ſunt, capitis & fortu-

narum diſcrimen adeunt, partim a cognat
more, quod exiſtimant eos vitæ inutiles fore
tim ab alienis, qui tum excellentiæ vitæ eleg
ris inuident, tum ob ſui ſuæque vitæ conte
iraſcuntur. Fit autem omnino, vt aliqui pl

Elatio animi vanitatis argumentum.

phiam & bene viuendi rationem auſpicati, i
quadam bonitate & ſingulari felicitate, no
tamen prorſus ab ea occupati, ſed ſpe quac
nuda imagine eius excellentiæ præ reliquis v
neribus imbuti, eo ſeſe efferant, quia nond
peruenerunt. Nihil enim æque a philoſophi
cta viuendi ratione alienum eſt, ac elatum ſup
um, & inanis iſta elatio, diuinum illud de ſei

γνῶθι σεαυτ.

gnoſcendo præceptum non reputans: quod &
cipium & finis eſt philoſophiæ totius, & om
cte viuendi rationis. Statim igitur his indig
dentur, qui ſe efferunt. Nec enim ab animi m
tudine iſta oritur elatio, ſed eſt tumor inanis &
ter naturam, ad exteriora ſe diffundens, auul
interioribus. Nam ſalubris magnanimitatis
tio eſt, quæ corporis. Id enim naturalem aff
nem interiorum partium ſequitur, totumq
ſum æquabiliter, perpetuam temperiem & pr
tionem exteriorum ad interiora conſeruat. N
igitur philoſophiæ cupidos, vt eum quiden
ctum caueant, vt & hominibus inuiſum, & ca
cur iis penes quos eſt & facile & iure ſtruantu
diæ. Sin purus ab eo fueris, ne riſus, ſannas &

Philoſophiæ excellentia.

bra cures: ſed diligenter cogites, quid ſit hon
quid tali naturæ conueniat: conſtanterque in
vitæ melioris, velut e Deo incitatus, perma
Nihil enim maius deorum immortalium mu
hominibus datum eſt philoſophia. Atque ade
deriſores oſtendunt ſe magnifice de philoſo
ſentire: nos autem vt ea indignos deridere,
dicunt, Iſte nobis ſubito philoſophus eſt reu

Riſus in admirationem vertendus.

Multo autem magis, ſi manſuetis & moderatis
ribus inſtitutum noſtrum ad finem vſque ten
mus, admirabuntur: cum ipſius philoſophiæ
citud:

tuinem & grauitatem in eo perſpexerint, qui
id n contemnebatur. Si vero inquit, deriſu eorũ
ſt, ab inſtituto receſſeris, & ad prioris vitæ con-
et linem redieris: conduplicato riſu excipieris.
n primus ille riſus, te proficiente & deridenti-
mirationem conſecuto, nihil ad te pertine-
d in eos ipſos retorquebatur. Sin eis ceſſeris:
m: illo riſu dignus eris, qui clauam poſt cothur-
n rripere inſtitueris: & vitæ ratione vili & fru-
ſ cepta, ad philoſophiã acceſſeris: & alterum ri-
n ſe vltro merito elicueris, deſerta acie in qua
l atus fueras, riſu & ſannis aliisque nugis hoſti-
eo nequam ab ea depulſus. Merito igitur du
r deridebitur, qui & amentium riſu nihil ad
a nente, ſi inſtitutum ſuum tenuiſſet, victus
, & iuſtum iam ac prudentem ſui deriſum at-
x it. Hæc magnas vires habent ad iuuandum
ım proſus eneruatum, vt pulcerrima quæque
n ia vbique perſequatur. Sociam enim ei hone-
r n quoque rerum gloriam facit, iuſtos neruos
d item rationi, eaque ſe repurgantem, quod ho-
n non per ſe omnino, & propter honorantes
ectamur, & extrinſecus locemus bonum: ſed
eo argumẽto colligamus, nos habere aliquid
& honore digni. Quare non cuiuſuis honor
mittendus, ſed prudẽtum tantummodo, quo-
eſtimoniis tuto credi poteſt.

Riſus ob leuitatẽ conduplicandus.

Gloria teſtimonium virtutis.

EPICTETVS.

quando acciderit, vt foras promineas, & alicui
placere cupias: te deſtatione tua deiectum eſſe ſci-
. Quare in omnibus rebus illud tibi ſatis ſit, te eſſe
ſophum. Sin alicui etiam videri philoſophus cu-
s bi videre: idq; tibi ſatis eſto.

SIMPLICIVS.

Dixit ea quæ optima videantur ſic tenenda eſſe
s, quaſi a Deo mandata ſint: &, ſi recta conſilia

perſequamur, fore vt ii nos admirentur, qı deriſerunt. Sin ceſſerimus, conduplicatum n ſum lucrifacturos. Nunc in genere his ſubit a te ipſo ad externa conuertaris, vt alicui pla ſtitutũ philoſophi deſtrui, quod ad eum ip ad Deum ſit conuertendum. Eo, igitur, inqı per contentus eſto, quod ſis philoſophus, l vir bonus. Sin eo non contentus, etiam elu num tuum cupis (nam vera bona & pulcr nequeunt) quo magis credere poſſis te eſſe b ſi tua bonitas conſpiciatur: tum quoque, aciem tuam non in res externas & populun dito, qui talium rerum iudex eſſe nequit, ipſi te videri eſt ſatis. Cum enim iam phil ris (cum eo enim ſermo habetur) ſimul & inſtitutum tenebis, ad te ipſum conuerſus, te ipſum tui ipſius iudicem habebis popul rem. Obſeruabis autem diſcrimen eius qu illi dictum eſt, qui erudiri incipit, & huic nunc appetenti philoſophiæ dicitur. Ibi e cebat, nihil prorſus ſcire videri velis. Quia i. populo doctus videri volebat, & illa glorio nitus, iudex ſuiipſius idoneus nondum era vero, quia paratior eſt auditor ad conuerſio ſemetipſum, conſpicique ſe vult, vt teſtim habeat ſuæ bonitatis: ideo re ipſa conten iubetur. Sin etiam videri vis, & iam tuus eſ potes: tibiipſi videre, inquit, atq; id ſatis eri vero ſi aliam quoque vtilitatem caput hoc Nam mihi quidem videtur admirabilis hic te loquens, ſi quid dixerit quod perperan queat, ſtatim errorem illum corrigere. Cur prius dixerit: Si in iiſdem perſeueraueris, qu dum deridebant, admirabuntur. Sin ab ei fueris, conduplicatum riſum lucrifacies: ita deretur ab externo iudicio ſuſpendere audi hac admonitione a rebus externis eundem r & ab aliorum opinione foras trahente anin contaminante, ad ſeipſum reuocat: qui eſt

Diſcrimen auditorum.

Epictetus cauet, ne ſua dicta perperam accipiantur.

x cum ab omni vanitate ſit alienus, vſum ali-
præbet. Nam cordatis iudicibus videri bo-
rmum certe argumentum eſt bonitatis. Hoc
vt opinor, cum ſpectaret, dixit: Tibi ipſi vi-
que ſatis erit.

EPICTETVS.

ogitationes ne te crucient, fore vt ſine honore s, & nullo ſis loco. Nam ſi honore carere ma- : nihilo magis per alium in malo eſſe potes, quã . Nunquid igitur tui muneris eſt, imperio po- ut ad conuiuium adhiberi? Nequaquam. Qui a iam erit ignominia? Qui nullo vſquam loco uem in iis ſolis aliquem eſſe oportet, quæ penes te quibus vel ſummo loco eſſe potes? At nihil opis feres? Quo pacto iſtud accipis? Non argentum habituri ſunt? nec eos in Romanam ciuitatem es? Et quis tibi dixit, ea penes nos eſſe, & non munera? Quis vero id alteri praſtet, quo ipſe ? Parato ergo, aiunt, vt & nos habeamus. Si queo, conſeruata verecundia & fide & animi tudine, voſq; eius rei viam oſtenderitis, parabo. poſtulatis, vt bona ego mea perdam, quo vos ea bonis non ſunt, acquiratis: videte ipſi quam ſitis, & temerarii. Vtrum vero praoptatis? pe- nne, an amicum verecundum & ſyncerum? c igitur adiumento mihi eſte: non autem poſtu- t ea faciã per quæ illa ſim amiſſurus. At enim, per me nihil affertur adiumenti. Cuiuſmodi dium entum? Porticus per te non habitura eſt, lnea. Iſtuc vero quid eſt? Neq; enim calceos per fabrum ferrarium, neq; arma per ſutorem. autem fuerit, ſuo quemq; fungi munere. At ſi alium ei ciuem inſtrueres integrum & vere- m: nihilne eam iuuares? imo vero. Proinde quidem patriæ fueris inutilis. Quem ergo lo- nquis, habebo in vrbe? Quem poteris integri- verecundia conſeruata. Sin illi profuturus,

hæc abieceris: quis ei fuerit vſus tui, qui impu
perfidus euaſeris?

SIMPLICIVS.

Philoſophaturi aut inopiã, aut deriſum, aut contemtum ſui timent.

Homines in animi ſui curam intenti, alii
bus diſtrahuntur: eoque fit vt quædam & ſi
ipſis, & iis qui ipſos ad meliora hortantur,
nant. Ac ij quidem qui modo cœperunt eri
humiles & abiecti adhuc, dicunt: Si mea n
ro, non erit vnde viuam: Ni famulum ca
euadet improbus. Qui vero iam profeceru
vt parua deſpiciunt: itaque ſibi fidunt, vt c
quoduis munus obeundum ſint idonei, ſ
non perituros credant. Sed quo pacto ſun
officio, quod & bonum ſit & honorabile an
Nam veriſſimum honorem hi expetunt, & ig
niam fugiunt, & amicis ac patriæ ſuccur
lunt. Hinc igitur argumenta petunt, quæ n
dine omnia & præclare confutat Epictetus.
mum commune illud ponit, ab ignomin
tum: Si a rebus externis foroque receſſero,

„ *Quod ſolet exornare viros, illuſtribus act*

vt Homerus ait: ſine honore viuam, nullo
mero ero. Hoc argumentum hac ratiocinati
uit: Ignominia malum eſt: Malum in nobi
eſt, vt & bonum. Quod vero in nobis ſitum
nobis nec ab alio, nec per alium accidit. alio
haud ſitum in nobis eſſe iam diceretur. Igno
igitur quoties adfuerit, in nobis ſita, & in nob
ineſt: ſiue nos alii nullo, ſiue aliquo hono
gnentur. Non igitur ignominia aliorum eſt
meſcenda, ac ne ignominia quidē iudicanda
dem ignominia, ſi malum ſit in nobis erit. S
etiam propoſitiones videamus, quam vere ſ
hibitæ. Ignominia, inquit, malum eſt. Nam ſ
honorabile eſt, in quo conſentimus omnes, ig
nioſum & ipſa ignominia malum erit. Nam
num eſſet, honorabile eſſet, & non ignomini
Ad hęc bonum eſt honos, quia bonis omnibu

Penes nos eſt, ne inhonorati ſimꝰ.

ἀτιμία malum.

Nam & Deo, & geniis, & bonis hominibus it honos. Quo de cauſa cum bonus ſit, care- core malum eſſe conſtabit. * Nam ſi contra- exſiſtunt, vna etiam tollentur. Contrarium ſt honori, carere honore: vt bono malum. vero noſtrum, qui libera voluntate prædi- s, & malum in nobis & noſtra opinione eſſe neq; contra voluntatem noſtram vllum vel vel malum nobis accidere: prius vtique de- atum eſt, nec repetenda ſunt eadem. Si ergo nia in nobis ſita eſt, & in nobis ipſis ineſt, eſt: non honore carebimus, quamuis res ex- lane deſpexerimus. Nam ſi in nobis ſitum adipiſci magiſtratum, aut in cõſilium adhi- : inuitari ad conuiuium: non conſequi hæc, noſtrum haud fuerit. Itaque ne ignominia noſtra, ſiquidem ignominia malum eſt. Sed ud ſibi vult? Non potes in malo eſſe per ali- magis quã in turpitudine. Nam ſententio- luriuſcula eſſe videtur. * Illud autem, non enquã in malo eſſe per alium: euidens eſſe t. Nam quia bono euidentius eſt honeſtum, hoc eius occulta copulatione. Vt enim bo- eſtum, quod Græci τὸ καλὸν eo vocant, quod et, delinit, ad ſe vocat, & amorem omnibus tendi ſe ad ipſum ingenerat: ſic & turpe arius & euidentius eſt. Turpe autem dici- prauum vſum voluptatum. Hoc vero con- , & non per alium. Si quis ergo per alium in dine eſſe nequit, nec in malo magis eſſe po- alium quam in turpitudine, cum ne in ma- em per alium eſſe conſtat. Siquidem nihil æ, cur magis in malo ſit quã in turpitudine. enim æque in nobis ſitum eſt, atq; turpitu- rtaſſis autem euidentior erit oratio, negan- icula tranſpoſita, * vt ſit, magis ſic quam in x dicit: non poſſe te in malo eſſe per alium, articula magis, orationis confirmatio ſuma- bet autem veri aliquid oratio, ſi cogitemus,

Honeſtum. Bonum.

Rhetorũ ſententia, honeſtũ & turpe opinione, bonum & malum natura conſtat.

Rhetores honeſtum & turpe laudabili & vi bili definire,& vulgi iudicio ſubiicere. Vtile que inutile, ſiue conducibile & noxium (qu inde eſt) itemque bonum & malum, non i aliquo aut hominum iudicio, ſed natura eſſ mare. Quantum igitur ad hanc quidem cau tinet,quo turpitudinis iudicium reprehenſ non permittitur,ait: Non fieri poteſt, vt i malo per alium ſis,quam in turpitudine. fieri nequit, vt propter alium in turpitudin ante dictum eſt: multo minus fieri poteſ malo ſis per alium, quam in turpitudine ſcil mnino ergo fieri nequit, vt ſis in malo pe

Vel primum dignitatis gradum tenet, qui naturam ducẽ ſequitur.

Quomodo autem, inquit,nullo vſquam lo Reipub. gubernandæ poteſtate careas ? Nu tus es, non hunc eſſe locum, in quo bonur lum humanum ſitum eſt? Sed id ſitum eſ petitione, declinatione, iis denique rebus parent, in quibus tibi quantiuis pretii eſſe l eas naturæ congruenter tractare volueris?(tur & boni locum in te ipſo habeas, & in eo uis pretii eſſe poſſis, cur te nullo vſquam dicis? Eo nimirum, quod hactenus bonu bus externis collocas, quas germanus phil contemnere neceſſe habet. At vt ego, etſi t in me ipſo magni eſſe pretii poſſim: amici inquit,nihil a me iuuabuntur. Hæc eius eſ

Amicos adiuuandi honeſta cupiditas.

qui aliquantum profecit. Is enim,quod ad net,ſæpe res externas contemnit: ſed amic ferre cupit, quod id bonun iudicat honeſtu ſe: eaque de cauſa nonnunquam & opes & p tem ciuilem deſiderat, ne ſuis amicis ſit i Soluit igitur & hoc, argumento ab iis,quæ i poteſtate ſunt, petito: & comparatione, vtilior amicus is qui bona fide colat amiciti qui pecuniam & potentiam conferat. Ab in noſtra poteſtate ſunt: quod pecunia,ciuil ſtates, honores, in noſtra poteſtate non ſint ſi quis philoſophorum habeat, alacriter ela

cipere potius ea re quam dare beneficium t. Sin iis careat: nullam amicitiæ faciat in- Quis enim alteri det, quod ipſe non habet? gitur, inquiunt amici, vt & nos ea habea- uidem ſi ita parare poſſum, vt & vir bonus am, & vobis fidelis amicus, neque quic- mittam philoſopho indecorum: parabo, n oſtendite. Ac videtur hic vir concedere, m parare opes propter amicos, & adipiſci atus, ſi iſta ſic parari tenerique poſſint, vt ne mittatur ea vita indignum, quæ naturæ in- viro ſapienti conueniat. Sin hoc maxima fieri nequit, & eum qui hæc conſequi velit, eſt inſtitutum proprii ſui boni perdere: illud rato vt & nos habeamus, nihil aliud eſt, niſi t meum bonũ amittam: hoc eſt, animi ra- æditi bonum, quo homo homo eſt. * Alia ſunt aliarum appetitionum. Ingrati, væcor- c iniqui ſunt. Iniqui, vt deſertores amicitiæ. Pythagoreis auctoribus, amicitia eſt æqua- c iniquum eſt, amicum extrema calamitate ficere, brutæ tuæ cupiditatis explendæ cau- grati & væcordes, qui amico illorum com- ex animo inſeruienti, talia mandent: nec m interſit videant, inter id quod amicus il- quens perdit, & id quod ipſi conſequuntur. s quidem boni maximi iacturam facit: ipſi on tantum non ſuum bonum, ſed interdum malum adipiſcuntur. Ingratos autem eos es fortaſſis appellat, ob id quod ſequitur, pecuniam fideli amico & verecundo antepo- Atque per id euidentius etiam oſtendit talem non fore inutilem, ſed iis qui pecuniam ſup- nt vtiliorem. Nam ſi ſerui quoque fideles & indi, artificioſis & operoſis præſtant, pluriſque dominis: quanto magis tales amici pluris cordatis hominibus, quam ii qui nummulos t? Nam & ad iucundam vitæ conſuetudi- c ad conſilium dandum, & ad tuendas res ca-

Propter amicos, & diuitias & poteſtatem parare licet.

Iniqui flagitatores.

Fidus amicus pecunioſo præferendus.

riſſimas ac pretioſiſſimas,& in periculis & m
poſt obitũ. fideles amicos vtiliores eſſe conſt
la in re a familiaribus & amicis diſcrepantes
go veri amici ſunt, in eo iuuabunt amicum,
lis & verecundus permaneat, etiam priuati ſi
modi reſpectu: neq; id ab eo poſtulabunt, p
eo redigatur, vt nec fidelis amicus neque v
poſſit. Atque etiam fieri poteſt, vt per eade
illud quoque argumentum refutetur: Eoru
in te ſita ſunt, dominus es. Quis vero tibi d
te ſitum eſſe, vt patriæ porticus & balnea con
Quis vero alteri dare id poteſt, quod ipſe
bet? Quod ſi audierit, Parato igitur, vt & pa
beat: priora illa reſpondebit. Verum hæc,
munia, nobis conſideranda reliquit, magisq
priam & cognatam multa cum euidentia
mentia reſponſionem aduerſus patriam
Felix ciuitas, in qua ſuo quiſque munere fungitur, de alieno haud ſolicitus.
Quid ad te, inquit, ſi per te patria porticus &
non habebit. Neque enim calceos per fabr
rarium habet, ſed per ſutorem: neque arma
torem, ſed per armorum fabrum. Omnis eni
tum ſibiipſi vtiliter & iuſte adminiſtratur,
que ciuis & incola ſuo intentus operi, alie
curat: Si & faber ærarius, & quiuis alius op
rat, vt ſuum opus reipublicæ proſit. At dica
ſophiæ ſtudioſus: Ego vero qua re vtilis ero
blicæ? Cui viciſſim egregie reſpondet: Si effi
alium ciuem fidelem & verecundum habere
ne vtilius ei aliquid quam faber ærarius præ
Doctrina et exemplo patriam iuuat philoſophus.
Maxime igitur eam adiuuabis, cum aliis a
modum inſtituendis, monendo docendoqu
vita & moribus honeſti & boni ciuis munus
do, exemploq; tuo lõge maiores quam reliq
operibus afferes ad rempublicam vtilitates.
igitur, inquis, in republica tenebo locum? N
terorum quiſque ſuo quopiam munere fu
alius magiſtratum gerendo, alius propugnan
us aliquid ad degendam vitam vtile ſuppedi
Auctor igitur cõmuniter ad hæc reſpondet: (

ci

que locum in ciuitate tenere poteris, conſeruata verecūdia eum teneto. Si vero dum pecunia, porticibus, eam iuuare ſtudes, fidem & ve- iam amiſeris: fortaſſe ne illis quidem rebus ueris, ſemel perfidus & impudens factus. V- ero magis eam ornant? fideles & verecundi an porticus & balnea? Verum quærendum nem locum in republica philoſophus tenere ? Annon eius potiſſimum, qui homines fa fidelium ac bene moratorum ciuium quaſi quidam ſit? Nec enim aliud eius munus erit, & ſeſe & alios ita repurgare, vt vitam naturæ æ conuenientem agant, omniumque com- pater erit & pædagogus, & corrector & con- is, ſeque curatorem præbebit omnium, & ad- ritomnis boni. Congratulabitur iis quibus undæ ſunt, vicē dolebit calamitoſorum, eoſq; abitur. Denique ea faciet, quæ is qui perſua- abet, peculiare ſuum munus eſſe, & in repu- ocum & curationem, qua omnibus hominib. rili ſua bene faciat. Sin eum ad vnum aliquod ublica munus ſeorſim deſtinatum videre vo- , in bene conſtitutis ciuitatibus vtique princi- ei deferetur, vt cæteris antecellenti, ea ratione uibus opilio. Erit & ſenator prudens, & impe- ſi diſciplinæ militaris peritus fuerit, vt & con- animi robore ſuperior cæteris. Nam Socra- oque in prælio ad Delium commiſſo, fortiſ- pugnauit: & per hoſtile agmen ſe recipien- vnum eum nemo, vt aiunt, perſequi auſus magnitudine animi eius perterritis omnibus. & Xenophon decem illis Græcorum mil- conſeruatis, * Olympico præconio eſt orna- Cæterum ſciendum eſt, malas reſpublicas ino tum animis eſſe pernitioſas, tum diui- illuſtrationem repellere, tum honeſta inſtituta purcare, tum exempla recte viuendi abolere. propter ad veræ inſtitutionis initia plane im- untanimos, & ad doctrinæ confirmationem.

Philoſophi locus & animus in republica.

Socratis fortitudo.

Xenophon.

Mala reipublica pernicies.

Si quis tamen in tali republica repertus fueri
mus,ſingulari quodam fato corroboratus,is
ribus exercitationibus ad maiorem virtutis
ctionem acuetur. Verum igitur illud eſt, or
fortunam, omnem euentum, ſiue mollioren
aſperiorem, fructus aliquid atque vtilitatis :
ei qui prudenti delectu, quod in quaque re
boni, amplectitur.

EPICTETVS.

*ESt tibi prælatus aliquis in conuiuio,aut ſalu
ne,aut dandi conſilii officio. Siquidem iſta
ſunt, gratulari debes illi,cui ea contigerunt. Si
la,ne doleas te in ea non incidiſſe: ſed memento
ea non agas quibus illa parantur, quæ in noſtra
ſtate non ſunt, fieri non poſſe vt eadem tibi tri
tur. Nam qui valebit tantum is,qui fores n
quentat, atq; is qui frequentat? qui non aſſec
atq; is qui aſſectatur? qui non laudat, atq; is qu
dat? Iniuſtus igitur eris & inexplebilis, ſi non
rato eo pretio, quo illa vaneunt, gratis ea conſe
poſtules Age quanti vaneunt lactucæ? Ponam
olo. Si quis igitur obolo numerato lactucas acce
tu autem pretio non numerato non acceperis: ne
teriore conditione eſſe putes eo qui accepit. Vt
lactucas habet ille, ſic tu obolum non dediſti. Ad
dem quoq; modum & hic ſe res habet. Non inui
es ad conuiuium alicuius? Nec dediſti quanti
conuiuium. Vendit autem id conuiuator lauda
vendit obſequio. Dato igitur pretium quanti v
ſi e re tua eſt. Quod ſi nec illa vis præſtare, &
accipere: auarus es & væcors. Nihil igitur cœna
habes? Imo habes: non laudaſti quem noluiſti:
toleraſti eius inſolentiam in ingreſſu.*

SIMPLICIVS.

Etiam hæc oratio pars eſſe videtur ſuperi
reliquis argumentis occurrens, quæ ab iis obiic

i eodem modo ſunt affecti. Nam qui ad ſeſe
titur, & aliis res externas relinquit, cultu-
e diuitum & potentum deſpicit, ſine honore
r ætatem degere: cum ei complures & in ſa-
ne, & conuiuio, & petendo conſilio præpo-
. Ac potuiſſet ille quidem rurſus etiam ſic ab
d in noſtra poteſtate ſitum eſt, aut non eſt,
entum hoc refellere. Nam ſi bona noſtra in
ita ſunt, iſta vero in nobis ſita non ſunt, iſta
bona non erunt. Verum auctor hac diſſol-
ratione prætermiſſa, tanquam communi &
actata, vtitur alia huic loco magis propria,
ecte vtentibus ſubindicet, quo pacto maio-
iam ex huiuſmodi rebus fructum capere poſ-
Ait autem ea in quibus alii honeſtioris vitæ
ſis præferantur, aut bona eſſe, aut mala. Sed
dæ cauſa diuiſionis adiiciatur etiam, aut in-
entia. Multa enim talia quoque ſunt. Quod ſi
erentia, nihilo plus honoris quam ignominię
it. Quare hanc diuiſionis partem aſpernatus
ictetus. Reſtat igitur, aut bona eſſe, aut mala.
a ſunt, gaudere (inquit) debes, alium ijs eſſe
um. Hoc enim * tuæ facultatis eſt, quæ bene
omnibus, & gratulatur iis qui bonis rebus po-
ur. Vide quęſo quantū boni in iſta, vt habetur,
ninia deliteſcens, eluceſcat? Hæc .n. proprie eſt
itudo cum Deo, qua iis quæ inferiora, & poſte-
Deo ſunt, nullum maius bonum contingere
t. Deus enim facultate potentiſſima prædi-
c omnis facultatis auctor, voluntate etiam op-
, bona omnia, malum vero nihil eſſe voluit,
enus fieri poſſet. Cum autem par ſit eius & po-
ia & voluntas: omnia bona facit, quatenus
m quodque bonitatem ipſius capere poteſt.
nanus vero animus facultate ſumma eſſe præ-
s non poteſt, multis etiā Deo poſterioribus po-
ia inferior. Sed voluntatem accepit a Deo libe-
, cuius ea natura eſſet, vt bene cuperet omni-
modo ipſa id decreuiſſet. Merito igitur iſta ra-

Argumentū ἀπὸ τῶν ἐφ' ἡμῖν accommodari poteſt ad omnium externarum rerū deſpicientiam.

Qui omnibus bene cupit, Deo ſimilis.

tione potiſſimum fit Deo ſimilis, cum ex iſt
luntate agit: & quamuis omnia bona redd
Deus nequeat, ea tamen bona reddit quæ pot
quantum in ipſo eſt, omnia bona reddit, nō a
quæcunq; vult. Tum enim voluntas vere vol
eſt, & perfecta voluntas, cum ei facultas omn
qui vult, nauat operam. Eorum enim quæ in
ſita ſunt, domini ſumus. Cum autem bene ve
mnibus, in nobis ſitū ſit: cupit bonus homo o
bus hominibus benefacere, nec eis tantum,
brutis animantibus & ſtirpibus, eiuſque vol
vſque ad inanima porrigitur. Verum non pot
vult, bene mereri de omnibus, quod voluntas
dem in nobis ſita eſt, iſta vero facultas non ite
aliarum plurium cauſarum adiumenta deſid
earumque præſtantiorum nobis. Quare noſ
bonum in voluntate eſt, quod idem in nobis q
ſitum eſt. Et hoc quidem ita ſe habet. Si vero
quibus hic agitur, ſuapte natura mala ſunt: r
ne moleſte ferto, ſed gaude potius ea tibi nō ac
ſe, Sic bonus homo ſui deſpectum non interp
bitur, non potiri iſtis: ſed ſeu bona fuerint, eo
iis alius potitus fuerit, ſeu mala, quod ipſe ijs ca
lætabitur. Ad hunc modum loco ab vtili, ægri
nem iſtam non potiundi ijs quæ dicta ſunt, p
gauit. Siue enim ea bona ſunt, maius illi eſſe l
oſtendit, carere eis, qui Dei ſimilitudinem exp
ſiue mala, bonum eſſe in ea non incidiſſe. Dein
Cultura potētis amici. a loco facultatis, & mox a iuſto argumentatur.
cultate: Non poſſe fieri, vt a conuiuatore trib
tur eadem non colenti, quæ colentibus ipſum
buantur. Cultura vero eſt, frequentare fores eiu
ſectari in foro, omnia eius & dicta & facta lau
Vt igitur tu, qui, vt philoſophus iſta non facias,
dem conſequare, quæ qui faciunt, non modo
non poteſt: ſed iniquitatis etiam eſt, & inexple
auaritiæ, non dantem ea quibus ille cœnam ven
velle eam accipere. Iniquum enim eſt, aliena co
piſcere. Deinde te cœnæ illius expertem, non

detei

ore conditione eo qui cœnet: euidenter lactu-
cet exemplo. Nam cum ille cœnam habeat, tu
aliquid cœna præſtantius, libertatem tuam,
nudandi eum quem nolis, non perferendi ea
n eius veſtibulo feruntur. Si vero & hæc & cœ-
nabere vis: & iniquus es, & inſatiabilis, & talis
is minus bonus. Neque enim erit quo ſis in
aratione melior.

EPICTETVS.

Atura propoſitum ex iis rebus: de quibus nulla inter nos controuerſia eſt, cognoſci poteſt. Ex- gratia: Si vicini puer poculum aut quid aliud egerit, in promtu illud ſtatim eſt, ita fieri ſolere. igitur, ſi & tuum confractum fuerit, eundē eſſe rtere, qui fueris, cum frangeretur alienum. Sic fer iſta ad maiora. Filius alterius obiit, aut v- nemo eſt quin dicat, humanum id eſſe. Sin ipſi i id acciderit: ſtatim, Hei mihi, inquit, o me mi- r. Meminiſſe autem oportebat, vt affecti ſimus, tale quippiam de aliis audiuerimus.

SIMPLICIVS.

Communes hominum de rerum natura notio- in quibus non aliud, ſed idem ſentimus omnes: ti, Bonum eſſe vtile, & vtile bonum: &, Bonū ab ib. appeti: &, Æquale nec ſuperare, nec ſupera- , Bis duo eſſe quatuor. hæ igitur notiones, & id us aliæ recta ratione in nobis cōſtitutæ, longoq; pore exploratæ, veræ ſunt, & cum rerum natura gruentes. Peculiares vero ſingulorum notiones e hallucinantur, alias a ſenſu decepto acceptæ, uſmodi eſt, Lunā eiuſdem eſſe cum ſole magni- linis: alias a bruto appetitu, & ea eſt quę omnem uptatem eſſe bonum affirmat: alias a ratione n ſatis explorata, cuiuſmodi eſt eorum qui duo um omnium principia, animumque corpus eſſe, uunt. hæ igitur & ſimiles de quib. diſſentimus,

Notiones Communes & Peculiares.

non omnino veræ ſunt, ſed interdum eæ quæ hiſce contrariæ: neque tutum nobis eſt ex hi rum naturam æſtimare, quam auctor, naturæ poſitum aut voluntatem appellat. Euidens au illud argumentum eſt, cum leuitatis peculiar tum conſtantiæ communium notionum, c idem homo eundem caſum aliter ſi ipſi accid grauius ſcilicet & imprudentius fert: aliter, ſi a cum accidiſſe viderit. tum enim tranquillius & verius intuetur, magisque cum cæteris hon bus conſentit, quibus tale nihil accidit, quique ex affectu, ſed ratione iudicant. Et hoc rei vilis, fracti poculi, exemplo declarat. Nam cum alt puer poculum confregerit, in promtu nobis eſt teriſque ſine affectu iudicantibus, vt dicamus fieri ſolere, vt puer aliquando lapſus allidat v um poculum, aut vt id delapſum atq; alliſum fringatur. Cum vero noſtrum confractum fu indignamur, quaſi noui aliquid nobis accid Atqui tum quoq; cogitandum erat, ita ſolere Hæc igitur, inquit, transfer etiam ad maiora. S us alterius mortuus eſt, aut vxor: nemo eſt qui cat, humanum eſſe illum caſum, facto iudicio ſe dum communes notiones, naturæq; congruer Nam emori hominem, humanum eſſe, natura hominis mortalis conueniens. Sed cum ſuus a filius moritur, ſtatim auditur, Hei mihi: Me n rum: ploratus, tragœdiæ: quaſi nobis ſolis co naturam aliquid accidiſſet. Meminiſſe autem o tebat, quomodo alio plorante affecti ſimus: c tare nos tum, vt rectum eſt, non re ipſa, quæ n ralis ſit & neceſſario eueniat, illum turbari, ſed quem de re conceperit, affectu. Is vero condupl tus eſt, tum quod præter rationem & ſupra qu decet, rationis particeps animus mortale co diligit, quod moriturum eſſe conſentaneum tum quod ita vitam inſtituit, quaſi perpetua conſuetudine frui poſſit. Maxime autem perc & perturbat, quod inexſpectatum accidit. Na

Inexſpectati caſus grauiores.

quic

:m id meditatum & cogitando quaſi familia-
tum fuiſſet, non ita perturbaret atque doleret.
s rei illud euidens eſt vtique argumentum,
ii etiam, qui caſum aliquem acerbiſſime fe-
, paulo poſt ob aſſuetudinem, quaſi nihil tale
iſſet, leniuntur, & tum notiones naturæ con-
neas promunt: humanum eſſe, mortale mori
ſe: nobis etiam fatum breui impendere. Iam
t euentum, ob ſeiunctionis conſuetudinem,
tam facile ferimus: etiam ante euentum, ſci-
exſpectatione ſeiunctionis, ob aſſuefactionem,
adeo perturbatis animis excipiemus. Cuius
ırbationis illa inprimis cauſa eſt, quod talia
continenter ob oculos habemus, nec illis aſ-
imus: & quod rebus præſentibus complurium
iinum animi conformes fiunt, vt & in rebus
ndis eandem ſemper fortunam exſpectent, &
ıa moleſtia obiecta, nunquam ea ſe liberatum
edant. Altera eſt, & ea quidem hac non leuior,
ius & immodicus talium rerum amor. vnde
cogitatio ſeiunctionis, illis eſt moleſtiſſima.
no enim volens rebus moleſtis immoratur. A-
r igitur in primis moderandus eſt; vereque iu-
ndum, qui ſis qui ames: quid ſit quod ames?
n eſſe alienam, & ipſam conſuetudinem talium
ɔque rerum afferre ſatietatem. Miſſum igitur
endum, quicquid ſit immodicum: & verbis ab-
iendum, quæ affectionem illam augeant, factis-
: multo magis.

EPICTETVS.

*Qvemadmodum aberrandi cauſa meta non poni-
tur: ſic nec mali natura in mundo exſiſtit.*

SIMPLICIVS.

Diſputatio de natura atque ortu malorum, non
ne explicata tum impietatis erga Deum cauſa
ſtitit, tum morum honeſtæque diſciplinæ princi-

Diſputatio de natura malorum explicatiſſima eſſe debet.

pia perturbauit: tum multis, iiſque inexplica dubitationibus inuoluit eos, qui cauſas illiu veras reddiderunt. nam ſiue quis malum a conditum, ſiue principium eſſe dicat, vt du principia rerum, bonum & malum: multæ ma que abſurditates ſequuntur. Nam principale pronuntiatum ſi ſit vnum, & communiter vtr inſit, iiſque inter ſe contrariis, quo pacto eis cc niet, ſi ab vna cauſa ad vtrunque pertinente c neatur? Qui deniq; contraria erunt iſta, ni ſub communi genere collocentur? Neque enim di plane contraria ſunt. neque enim quiſquam rit, album contrarium eſſe calido aut frigido quæ vno communi genere comprehenſa, plu inter ſeſe differunt, ea contraria ſunt. vt albur gro, quorum commune genus eſt color, nam vt que ex æquo color eſt: & calidum frigido, quo genus eſt eodem modo tactilis qualitas. Quan rem vt contraria principia ſint, fieri nequit: neceſſe eſt ante ea eſſe commune genus, atqu iam quia neceſſe eſt vnum eſſe ante multitudin quod vnumquodque multorum, aut vnum neceſſe eſt ob participationem vnius, aut nihi prorſus. Præterea neceſſe eſt ante omnem pro tatem eſſe principalem vnitatem, vnde omnis prietas inter multa diſtributa oriatur. Nam a c no & principali pulcro pulcra omnia prodeun a prima diuina veritate omnis veritas. Neceſſe tur eſt multa principia ad vnum referri principi quod non ex parte principium quoddam ſit, reliqua ſingula: ſed quod ſit principiorũ omn principium & eximium, omniaq; cætera in ſeſe trahat, & omnibus a ſeſe principii dignitatem c tinẽter proximeq; impertiat, cum ea qua par eſt miſſione & diminutione. Ac ita quidem abſurd eſt, duo, aut omnino plura vno principia prima tuere. Qui autem duo rerum omnium princi BONVM & MALVM eſſe dicunt: cum quoque um quem ipſi bonum appellant, omnium auc

Vnum eſſe principium.

Abſurda Manichea opinionis de duobus principiis.

I

egare,neque vt omnipotentem celebrare, nec
am & omnem ei potentiam tribuere , atque
otius potētiæ vix ſemiſſem, neq; credere eum
ns bonitatis & lucis dicitur, bonitatem & lu-
npertiri omnibus,neceſſe habent. Quæ au-
quanta diuinę maieſtatis probra eorum ora-
n conſequuntur? Nam & timidum eum in-
.t, MALVM ipſius finibus appropinquans me-
:m,ne in ipſos quoque penetret: ob eumque
em iniuſte atque inutiliter,animos,cum nihil
eccaſſent,vt aiunt,ſui partes & membra obii-
m MALO,vt bonorum reliquias tueatur, in-
ıperatoris,qui hoſtibus ingruentibus partem
:rcitus obiiciat,vt reliquum conſeruet.Hic.n.
eorũ eſt,etſi fortaſſe verbis iiſdem non vtun-
ui vero, vt ipſi auctores ſunt,animas proiecit,
iue iuſſit,aut oblitus eſt,aut nõ cogitauit,quę
tienda eſſent animis MALO traditis: quippe
x vrantur,& in ſartagine torreantur, & modis
bus excrucientur,vt aiunt: idq; cum nihil an-
:ccarint,& Dei partes ſint. Poſtremo illud ad-
, ſi quæ earum impiæ euaſerint (tales autem
eos ſunt,nõ cædibus,non adulteriis,non aliis
ptæ vitæ ſceleribus pollutæ, ſed quæ duo re-
:ſſe principia bonum & malum negent) eas
r ad bonum nõ reuerti amplius, ſed MALO ad-
natas permanere. Itaque & imperfectus ille
et, partibus ſuis amiſſis, iiſdemque auctoribus
ue enim hoc a me dictum eſto) amens & væ-
qui nec quid ſibi expediret, reputare potuerit,
e MALI naturam intelligat. Nam quo pacto
i quaſi prouinciam intraret MALVM,cum li-
s eorum ab omni æternitate diſterminati ſepa-
; fuerint, vt aiunt, & pro ſua natura ſegregati?
uo autem? Caſu nimirum, & fortuito. Sic illis
s principium vtiq; fuerit, aut ab aliquo vtroq;
um ſuperiore. * Quo autem pacto illud ſe ha
t, quod id apud eos ante mundum factum eſt?
uod velut in terra partitionem faciunt? Nam

Sortitio prouinciarum: Boni & Mali.

Orientales, Occidentales & Septemtrionales
BONO tribuunt, Meridionales MALO.
quinque MALI conclauia, velut antra quæd
miniſcuntur: ibique arbores fingunt, & an
terreſtria & aquatica, perpetuo inter ſeſe p
tia: quę quamuis immortalia dicantur eſſe
tamen ab eorum QVINQVEFORMI de
tur. Cum autem ab initio loca natura diſtin
rint: fieri qui potuit, vt in BONI partem M
penetraret? Quomodo & contrarium fieri p
Sic enim album, quamuis album maneat, r
erit: & lux, cum maneat lux, tenebras ad
Quæ ſi fieri nequeunt, nonne cum ignauiæ
quitatis, tum vero amentiæ fuerit, DEVM ai
obiicere MALO, & ab eo tempore in hunc vſ
em eſſe occupatum, vt aiunt, cum eam plan
care non poſſit vnquam, eo quod nonnullæ a
vt ante memini, æuo infinito maneant in M
Idque eum præſcire negant: quamuis MAL
cant præſcire quid ad ſe mittendum ſit, & ma
eius rei cauſa præparare. Quanto autem p
fuiſſet, vt BONVM in ſeipſo MALVM com
ſineret: quam vt immiſceret ſe malo, quod
non poſſet? Nam ortus & interitus MALVM
atque BONVM expers ſtatuunt. Quin & i
eis reprehendas, quod æque hæc in MALO a
BONO ineſſe ſtatuunt, & ortu & interitu
cipio & fine carere vtrunque. Quibus rebus c
ſe queat excellentius? Iam de Mundi conc
quæ dicunt? Eſſe columnas quaſdam, non il

Quæ cœlos terraſq; ferunt immobile pondus
(neque enim fabuloſe horum quicquam
volunt) ſed eiuſmodi, quales eas gregaliun
rum quidam prodidit, quæ ſolido & impolit
de conſtent: adduntque duodenas feneſtras
rum ſingulis horis vna aperiatur. Eæ porro
quas defectus luminum afferunt, admirabilē
dam & excellentem ſapientiam præ ſe ferui
iunt enim, cum in ortu Mundi colligata ma
co

ὁ Πεντάμορφος.

Manichæorum κοσμοποιία.

ἐκλείψεις.

motionibus turbas atque tumultus cieant: lu-
n ſibi vela quædam obducere, vt ab illla pertur-
tione ſint immunia: nec Solis & Lunæ defectus
iuam eſſe aliud, niſi occultationes ſub illis ve-
Quid? Cuius inſolentiæ illud eſt, quod ſola to-
s eli duo lumina honorant, & in BONI parte
rant: cætera vero, vt quæ ad MALVM pertine-
ontemnunt? Quid quod Lunæ lumen non a
eſſe exiſtimant: ſed animas eſſe cenſent, quas
interlunio vſque ad plenilunium a terra at-
is, a plenilunio rurſus vſque ad interlunium
em tranſmittat? Quid multis moror? Nam
monſtra confingant, quæ ne fabularum qui-
nomine digna ſunt, pro fabulis ea haberi, aut
nbages aliud ſignificare nolunt, ſed vera credi
nt, MALVM QVINQVEFORME commenti,
conſtet ex leone, piſce, aquila, & neſcio quibus
duobus, & huius monſtri impetum formidāt.
us ineſt in ſermonibus hiſce contemtus nu-
; atque impietas, & quod mireris, hæc omnia
nxerunt, quaſi religioſa (ſi Diis placet) & Dei
entiam præ ſe ferentia. Quem cum auctorem
dicere nollent: peculiare MALI principium
erunt pari & dignitate & potentia cum BONO,
otius eo valētius. Siquidem hactenus in omni-
uis conatibus MALVM exſtitiſſe ſuperius appa-
quod quidem vbique amplectatur BONVM, &
uis moliatur, ne illud amittat: cum BONVM
ſeſe cum MALO commiſcuerit, ſeque & timi-
iniuſte & amenter (ſi illis credimus) geſſerit.
ue dum mali cauſam dicere Deum recuſant, ab
i parte malum deſcribunt: &, vt prouerbio di-
r, fumum fugientes in ignem inciderunt. Ideo
ur & impia aduerſus Deum eſt iſta ratio, & na-
lis diſciplinæ, quantū in ipſa eſt, principia cor-
pit, & voluntatis libertatem reuera tollit. Nam
LI principium & ortus & interitus expers & ro-
um introducit, volentes animos in MALVM
ellens, vt iam nō penes nos ſit peccare aut non

Vis Neceſſitatis impellens animos, MALI principiũ euertit.

peccare: quippe cum tanta vis ſit neceſſitatis
Deo quidē vinci poſſit. Enimuero cogitan
ſi ab aliquo robuſtiore coactæ animæ cæde
rint, aut adulterarint aut id gen⁹ aliquid ali
petrarint, eas illa malorum quæ dicitur impu
& non ſponte delinquere. Nam quæ vi & a
tis fiunt, & a Deo & a legibus ignoſcuntur,
vllum peccatum relinquitur Neque enim
id malum ſtatuet, nos a robuſtioribus cauſis
talia deſignare Quod ſi talium facinorum v
rum cauſam inquirentes, MALI principium
runt: eoque ſtatuto, & quidem vim inferen
lum nullũ relinquitur: feſtiue ſuo ipſi (quod
gladio iugulantur. Nam inde colligitur: ſi
principium ſit, nullum omnino eſſe malum.
malum non eſt, ne principium quidem MALI
Itaque ſi eſt principium MALI, vt aiunt, nec
erit, nec mali principium. Hoc igitur funda

Nec DEVM eſſe mali principium.

tam euidenter labefactato, ſi quis eiuſdem p
tandæ cauſa, Deum ipſum mali auctorem e
rere non dubitet, æque atque boni: maior
pendio is quoque & impietatis erga Deum &
dacii reus peragetur. Nam quo modo vera e
tio, maieſtatis Dei læſæ rea, omnis veri aucto
primo, quo pacto Deus ſumma & immutabi
ditus bonitate, malum a ſemetipſo prod
Si enim contrarium eſt bono malum, vt adu
exiſtimant: quomodo contrarium a contrar
ducetur? Præterea, qui aliquid a ſeipſo pro
eique vt ſit cauſa eſt, & cauſam illius habens
ea cauſa ſtans, id producit: ſi cauſam ſpectes,
eſt, quod id quod producitur, ipſius natura co
rata. Itaque imprudens iſta ratio, præter euid
in Deum impietatem, & mali principium, &
ceps malum; vt & prior illa, Deum conſtituit.

Quid ſit Malum.

ſi neque principium habet malum, neque
mali Deus eſt: malum vnde exſtitit? Neque
fieri poteſt, vt ortum habeat abſque cauſa. At
in primis quid id ſit quod malum dicitur, exp

dia,ac tum demum quærendum eſt vnde ſit? Qui enim quid quæque res ſit ignorat, ne cauſam qui-dem illius reperire poteſt. Dicendum igitur eſt, hoc malum, quod ii qui principium mali ſtatuunt, ple-rique dubitantium de eo ſentire principalem quan-dam & præcipuam habere ſubſtantiam & naturam, ſicut bonum: & potentiam bono æqualem, ex æquo contrariam, atque idipſum malum eſſentiam habere, quæ ſuapte natura cum eius contrario bono commiſceri nequeat: quæ ratio nigri eſt cum albo, calidi cum frigido. Enimuero tale malum pror-ſus non eſt in natura rerum. Nam ſi principalis ali-qua eſſet eſſentia, vt exempli gratia, homo & equus: haberet vtique ſuapte natura perfectionem ali-quam & formam, qua id eſſet, quod eſſet. Omnis autem forma perfectione ſuæ naturæ conueniente prædita, bona eſt, & non mala. Quapropter boni ma-lum illud & appetens & particeps eſſe, & fructũ ex eo capere, & amare participationem, & omnia face-re ne eam perdat, affirmant. Hoc igitur quo pacto, omnino malum, cogitari poteſt? Quod vero ma-lum eſt, quo mali dicimur, & peccatores, & vt mali exiſtimur: id vero accidens eſt, & nõ eſt eſſentia. Si-quidem & accedit & recedit abſq; ſubiecti interitu, & per ſe non ſubſiſtit. Quid enim erit malũ, niſi ali-cuius malum fuerit? Itemq; bonum huic oppoſitũ ipſum eſt accidẽs. Verum bonum id eſt, quod cu-iq; naturæ conuenit, quoque id ſuam habet per-fectionem. Malum vero affectio contra naturam eſt eius, penes quod eſt: qua caret, eo quod eius naturæ conuenit, ipſoq; bono. Nam ſi malum affectio eſſet naturæ conſentanea, & perfectio eius formæ in qua eſſet: ipſum quoque bonum eſſet, nec iam ma-lum diceretur. Quare non eſt principalis aliqua na-tura & ſubſtãtia mali, cuiuſmodi eſt boni: ſed eſt ac-ceſſio boni, cuius eſt fruſtratio atque priuatio. Sic enim ſeſe & morbus habet aduerſus ſanitatem, & improbitas animi aduerſus virtutem: & ſicut recte incedere principalis quædam actio eſt animantis,

Mali nulla eſſentia.

Malum peccati eſt accidens.

quam propoſitam habet,& ad quam contendit, tubare vero & claudicare ingrediendo, ex fruſtr one principalis actionis contingit, & eius acce eſt, cum ſit motio præter naturam: ita ſe hab mne malum aduerſus bonum ipſi oppoſitum, poſſunt hæc vel ęque principalia dici,vel paris i ſeſe momenti, vt album & nigrum. Nam ſi æ vtraque hæc, & non alterum altero magis aut nus naturalem habet perfectionem,ne priuatio dem eſt alterius alterum. Nam priuatio, aberr & fruſtratio formæ eſt,vt claudicatio inceſſus. rum vero vtrunq; ſynceram habet ſuam form nec altero minus. Illic autem cum alterum ſe dum naturam ſit, alterum contra naturam eſt accedit ad id quod ſecundum naturam eſt id q eſt contra naturam, videlicet malum ad bon Neque enim bonum ad malum.Sicut nemo dix ad aberrationem a ſcopo accedere adeptionem pi, ſicut neque morbo ſanitatem: ſed ad adep nem,aberrationem,& ad ſanitatem morbum. N principalis ſagittarii finis eſt,attingere ſcopum, de cauſa iaculatur: & naturæ principalis finis ſanitas, quæ ad conſeruationem animantis pe net.Denique finis eſt,ad quem actio refertur. A dit autem ad propoſitum adeptionis aberratio, actio ſcopum non attigerit, nec eum conſecut nem fuerit, ob quem ſuſcepta fuit, ſed illius fruſtrationem. Quod vero obiter accedit ad pri palem finem, merito acceſſio finis dicetur: non tem principalis finis,ei quod nolenti obiter acce Si ergo bonum appetunt omnia, & quicquid ag adipiſcendi boni cauſa agit, ſiue id vere bonum ſiue ipſi eſſe videatur, omnis actionis præcipuu eſſe finem boni adeptionem conſtat: malum ve interdum obiter incidere in actionem, cum n verum bonum deſideratur, ſed quod videtur e bonum,& cui coniunctum eſt bonum. Nam aliq voluptatem & opes appetens, furatur, & in m graſſatur, principaliter id quod ipſi bonum videt

Omnis actio ad bonum aliquod refertur.

appeten

tens, & eius adipiſcendi cauſa agens, ſed vna illo id malum etiam quod cum eó cóiunctum ſcipere cogitur. Nemo enim adulterium ob adulterium appetit, aut furtū ob ipſum fur- aut malū aliud eo quod malum eſt: quia ma- quatenus malum eſt, non appetitur. Nam ſi ipium & cauſa eſſet eorum quæ ab ipſo oriun- finis etiam eorum eſſet & eis appetendum ſi- onum. Si vero ita ſe haberet, bonum eſſet, & malum. Quod enim expetendum eſt, bonum: iod bonum, eſt expetendum. Omnia igitur vti- em appetunt, ſiue veram, ſiue imaginariam, ſed quoque tamen vt veram. Nemo enim volens itur, vt mendacium pro veritate amplectatur, nulacrum pro archetypo. Sed præ ſtupore & ad- tione apparentis boni, alias non perſpicimus erens cum eo malum: alias quamuis perſpexe- is, ipſi nos fallimus, quaſi bonum maius ſit, um vero cum eo coniunctum minus. Sæpe et- maius bonum admittimus cum minore ma- icut ſectiones & vſtiones toleramus, malo quod aeſt maius bonum ſanitatem iudicantes, quæ as acquiritur. Bonum vero appeti ab omnibus, ex eo conſtat, quod ipſum malum ſi eſſet, & ali- d ageret: id ſuæ vtilitatis cauſa ageret, hoc eſt, i ſui cauſa, quod idem valet. Proinde qui malum uid agere ſtatuunt: quicquid agat, ob adeptio- a boni & conſeruationem agere, eiuſque iactu- a cauere dicunt. Quod ſi nihil appetit malum, eſt eius principalis ſubſtantia. Sed quia omni- eſt, & fit eo quo dictum eſt modo: merito acceſ- ſie, & non natura exſtitiſſe dicitur. Verum, Eſto di aliquis, & accidens malum, & fruſtratio boni, & eſſio eius: quamuis tale ſit, quid erit? Cauſa enim quæritur, cum omne quod fit, ab aliqua cauſa t. Sin minus: vnde aditus qualicunque malo pa- tit in ea quæ ſunt? cum Deus (Deum autem cum o. rerum omnium principium dico) ſit bonus? Iſi autem hac de re prius etiam dictum eſt, cum in *Quæ ſit cauſa mali?*

diſputatione de libertate voluntatis, tum in ex
catione verborum, quibus iubemur ea quæ fiun
velle fieri vt fiunt: tamen etiam nunc breuius
Ordo rerum a Deo conditarum: perſtringemus. Deus fons & principium omnis
nitatis, non prima bona tantum produxit, quæ
ſeſe bona ſunt, nec media ſola cum his quæ in b
æternum permanent, ſed extrema etiam, quo
natura fert, vt ab eo quod ſecundum naturan
auerti queant, ad id quod malum dicimus. Ete
poſt æterna corpora, quæ ſuam naturam perpe
tuentur, & in bono infixa ſunt: ea quoque exſt
runt, quæ oriuntur atque intereunt, & poſt ani
bono ſemper infixas, animæ quæ ab eo auertun
exſtiterunt, vt ſimul & immenſa bonitas auct
rerum omnia bona conderet, quæ exſiſtere poſſe
ſimulque vt mundo ſua perfectio conſtaret, nō
ma tantum & media habenti, ſed extrema quoq
id quod eſt proprium perfectionis: ſimul vt ne
ma & media, cum plane bona eſſent, extrema &
noris expertia relinquerentur, atque infirma, ſi
trema quæ orirentur atque occiderent, non exſti
ſent. Talia enim extrema eſſe neceſſe eſt. Ad
fieri non poterat, cum talia eſſent prima & me
partim & natura & actionibus immutabilia: p
tim natura quidem immutabilia, ſed loci mutat
nem ſuis partibus admittētia: exſiſtere etiam ext
ma ſublunaria, quæ a cœleſtium corporum conu
ſione, etiam natura mutarentur & contra natur
ſuam afficerentur. Ob has igitur rationes & his
bio procul multo grauiores, ſublunaria exſtiteru
& mortalis locus, in quo locū haberet a bono au
In loco mortali locum habet auerſio a bono. ſio. Nam & infimum bonum exſiſtere oporteb
& infimi ea natura eſt, vt peruerti poſſit. Propter
que ſupra locum hunc nullum eſt malum, qu
mali natura quæ eſt auerſio ab extremo bono, qu
natura ſolet peruerti, ibi eſt, vbi & bonum infin
Idcirco etiam anima, natura generoſiore & imm
tabili prædita: cum quidem ſola eſt, nullius eſt m
li particeps. Sed cum natura in eo eſſe loco quada

conu

nientia,& cum huius loci corporibus coniun- d it (prouidentia patris & opificis vniuerſitatis id eſt, qui tales etiam animas produxit, vt cum primis, inſolubilibus vitalis comple- vinculis, deuincirentur) eius mali quod hic undum earum affectionem naturæ contrari- morbis & corruptionibus, conuenientem pere partem videtur, cum id ſcilicet malum t, ac potius bonum, ea quæ ſe inuicem com- in alienis locis ærumnas tolerant, diſſolui, æ- aque liberari, & ſimplicia potius, pugnæque ia iacere, ſuiſque locis & ſuis totis reſtitui, re- ionis ergo. Atque etiam ſi aliud in aliud mu- ne in eo quidem quicquã ineſt mali. Fit enim quoq; id, quod ante fuerat. Nam aqua in ae- utata, rurſus ex aere fit aqua. Illud vero ma- n eſt, quod & compoſitorum diſſolutio, & cium mutua commutatio rebus vniuerſis it. ſi modo alterius interitus ortus eſt alterius: cauſa eſt, cur earum rerum quæ oriuntur, cir- nunquam ceſſet. Ad hæc ſæpe videmus & na- & artem (vt ante diximus) partes propter to- ontemnere: naturam, quę fluxiones & abſceſ principalibus locis ad extima depellit: artem, ſecat & vrit, & ſæpe reſecat partẽ, conſeruan- ius cauſa. Quæ igitur corporibus accidunt, in potius quam in malis ſunt habenda: eorumq; bonorum cauſa eſt, & non malorum. Etenim cia corpora quæ ſub Luna ſunt, nihil habent cum & ipſa ſint æterna. Quod vero in partib. itur eſſe mali: in ipſis etiam ſuis partibus, vt m eſt, tam ſimplicibus quam compoſitis, plus habet quam mali. Quod ſi ad vniuerſum bo- referatur, plane fiet bonum: proptereaq; ma- non fuerit corporum contra naturam affectio. is vero contendit, vt ante a me dictum eſt, non ndum id eſſe bonum, quod ſit aliquid a natura rrens: is ne ſtatim appellet malum propter no- em quam de malo habemus indiſtinctã adhuc,

Separationẽ contrariorũ non eſſe malam.

Alterius in alterum mutationem nõ eſſe malam.

Pars ob ſalutem totius negligitur.

Quædã etſi per ſeſe non expetẽda, nõ ideo tamen mala ſunt.

quaſi id bono ſit prorſus contrarium: ſed n
potius eſt, vt per ſe non ſit expetendum: m
tamen conferre ad id, quod per ſeſe eſt expetē
Nam ſi ſimpliciter malū eſſet, nihil ad bonum
ferret. Neceſſaria porro, etſi per ſeſe non expe
ſunt: tamen quoniam ad bonum referuntur,
& ipſa fiunt: ac bona quidem ſunt & ipſa, ſi v
que ſunt expetenda. Nam & ſectiones & vſt
amplectimur, ac mercedem pro iis ſoluimus, &
tias medicis agimus: haud vtique facturi, ſi c
malas iudicaremus. Verum eſt bonum hoc r
ſius, & ex ſecundaria claſſe boni, vt nō princip
ſed ſecundaria quadam ratione ſit bonum. Q
obrem & eius auctor nequaquam mali auctor
fuerit, ſed aut boni aut neceſſarii, quod & ipſu
ſecundarium quoddam bonum. Nec imme
quippe quod & ipſum ex eodem fonte boni
Animarum diſcrimina. ſed cum remiſſione quadam, promanet. Ac ea
de malo corporum eiuſque cauſa diximus, in
ſentia ſufficiant. Quia vero mala & peccata p
mum habentur humani animi errata, etſi d
quoque ſupra dictum eſt, nihil tamen vetat, qu
nus etiam nunc naturam & cauſam eorum in
Genii. mus. Dicendum igitur, eorum animas qui r
præſtantiores ſunt, ſemper in ſublimi verſant
in bono æternum infixas, nihil vnquam ha
Bruta. mali. Brutarum autem animantium animas,
mediæ ſunt humanarum animarum, & earum,
in ſtirpibus affixæ radicibus hærent: quatenus
mam corporis referant, idem habere malum q
corpora. Quatenus vero appetitum habeant q
dam & impetum, quod in eis malum ſit, huma
rum animorum malo eſſe ſimile: & ex eo quo
Homines. illo dicetur, ipſum quoque cognoſcetur. Hum
autem anima in medio collocata earū quæ ſem
in ſublimi manent, cum ob animalis eſſentiæ c
tudinem, tum propter mentis communionem
earum quæ ſemper humi ſunt, ob brutæ vitæ c
corpore cognationem, quæq; vitale quoddam
cul

eſt ſuperiorum & inferiorum: propter
ntatis affectionem, alias his alias illis
Nā cum in ſublimi manet, omnis mali pro-
xpers, infixa bono. Sin aliquando nerui ac
i defuerint ad beatā illam vitam amplecten-
arcana illa ſynceraque ſpectacula intuenda,
ea quod eius natura fert, vt aliquando etiam
riora declinet, ſi voluerit: ipſa principium
uiuſcunque malitiæ deſcenſum voluntari-
hunc mortalem locum. Quamuis enim na-
ortita eſt ancipitem, non tamen coacta vel
t vel deſcendit: ſed ita condita eſt, vt vbi ipſa
t, & aſcendat & deſcendat. Et quis hoc in a-
atura per ſe mobili admiretur: cum & bru-
nantes, quæ amphibia dicuntur, ea quidem
ſint, vt & in aqua & in terra habitare poſſint:
en pro naturali ſuo appetitu vtroque ſe con-
oactæ a nemine, ſed cum ipſis lubet? Anima
eſcendens ob affectionem & habitudinem
d mortalem hunc locum, & cum mortali
e coniungenda, & vnum mortale animal
confectura, vitam brutam agit, partim co-
is, in qua ſunt ſenſus & viſa, partim appeti-
cuius generis eſt iracundia & cupiditas. Per
ortale animal & cognitionem haberet ſuæ
congruentem, qua & brutæ pecudes ſunt
æ: & quod decederet, cibo & potu perpetuo
ret: & procreatione ſui ſimilium æternitati
eris conſuleret: & velut armis muniretur,
ea quæ nocitura eſſent, propulſaret: quæ
li animanti non contigiſſent, niſi brutis hiſce
tibus expletum fuiſſet. Quis enim, præſer-
egantior, tanto tempore edere & excernere
brutæ pecudis inſtar, niſi a bruto appetitu in-
tur? Quis vero tantam agitationem tanto
re toleraret, niſi inſana iſta cupiditas gene-
ropagatio ſtimularet? Verum ea quæ & iam
e diximus, ſatis ſunt ad declarandum, boni
& propter abſolutionem animalis, brutas ap-

Animi humani voluntarius deſcenſus ad hæc inferiora, eſt cauſa mali.

Hominis bruta vita.

petitiones eſſe datas, atque ita nullum appa[...]
Humana hominis vita. lum. At vero rationis particeps animus, natu[...]
corpore brutaque vita præſtantior, & domi[...]
in hæc ſortitus: cum ſuum aduerſus ea ſtatu[...]
tur, & ſeiunctus ab eis, & pro inſtrumentis [...]
tens, & bonum miniſterii illorum ad ſuum [...]
referens: tum omnia bona ſunt, neque v[...]
Auerſio mentis a Deo, & ſeipſa, cauſa mali. malum vllum exoritur. Sin ſimilitudinis, [...]
cum Deo habet, oblitus animus, imperii ſce[...]
adiecerit, neglecta principatus auctoritate, [...]
ad corpus & brutam eius vitam inclinarit (i[...]
ei potiſſimum accidit, cum vehementiam &[...]
tum voluptatis brutarumque appetitionum [...]
tati & ſuauitati rationis anteponit, totam[...]
brutæ parti dedit, vt eam ſe ipſum eſſe opi[...]
tum, cum animus contra ſuam naturam ab[...]
tione agit, & contra ſuam dignitatem princi[...]
dominatu pollentem, ſeruire ac parere m[...]
tum vero malum exſiſtit, quod nec in eo qu[...]
ſe melius eſt, locum habet: neque in deterior[...]
ſuo loco maneat. Cæterum cum animus [...]
præſtantior, corpori deteriori implicatus, vlt[...]
dum ſimilitudinem deterioris amplexus [...]
eamq; ſimilitudinem præſtantioris prætuler[...]
eſt, cum pecudi & beſtiæ, quam genio aut De[...]
lis eſſe maluerit: id vero facit non coactus a[...]
ſed ipſe arbitratu ſuo, ob libertatem ſuæ volu[...]
& poteſtatem. Optio enim in noſtra poteſt[...]
1 cum noſter motus ſit internus. Hic tu mihi [...]
de animum, ne ipſe deceptus, te quoq; in err[...]
Epilogus. Lector inducam. Nam delectum & volunt[...]
internam eſſe animi motionem, & a re nulla [...]
na cogi, perſpicuum eſſe arbitror: prius cert[...]
2 dem & explicatum id eſt, & demonſtratum. [...]
item, animum delectu & voluntate ſua nun[...]
ſtantius eligere, nunc deterius præferre præſt[...]
ri: aperte opinor ex eo eſt oſtenſum, quod & [...]
& bonæ leges & homines cordati bonas & [...]
hominum actiones non factis & euentu m[...]

onſilio & voluntate: quodque & honorem
& pœnas irrogant, & laudant & vituperãt,
nſilium & voluntatem intuentes, quæ no-
noſtrique arbitrii ſunt. Iis autem quæ a co-
t, quamuis grauiſſima ſint, ignoſcunt: &
n non agenti, ſed cogenti tribuunt: quod
oluntate nolentem coegerit, ille autem
am voluntatem coactus egerit. Si ergo 3
a eſt voluntas, quæ integra eſt animi actio,
m violenta impulſio: quid aliud mali cau-
mus niſi animum, ac ne ipſum quidem
mali? Nihil enim eſt quod malum, qua- *Correctio.*
lum eſt, amplectatur: ſed quia id quod bo-
n habet, malum ſimul occultat, id quoque
e neceſſe eſt. Eſt & hac de re prius dictum.
ata igitur mali cauſa, elata voce clamam⁹,
ali cauſam eſſe Deũ, propterea quod ma-
animus libere atque vltro, non autem De-
ſi malum animus faceret coactus, fortaſſis
ccuſaret Deũ, qui eum ſine cauſa cogi per-
ac ne malum quidem eſſet quicquam
factum. Sed qui vltro & conſulto aliquid *Libertate*
t, ipſe merito in cauſa eſſe videatur. Nam ſi *voluntatis*
t, ne permittere quidem illi debuiſſe Deũ, *nihil homi-*
n amplecteretur: duorum alterum dicit: *ni datum a*
eius natura ſit, vt alias bonũ, alias malum *Deo excel-*
tur cogendum fuiſſe ne vnquam malum *lentius.*
retur: aut ita fuiſſe condendum, ne eius
nquam ferret vt malum amplecteretur.
prius illud aperte abſurdum eſt. Fruſtra
ectus, qui noſtrum opus eſt, fuiſſet factus, *Delectus.*
nquam licuiſſet in vtramuis agere partem.
delectus quidem relinqueretur, adiuncta
ite. Pugnant enim inter ſeſe delectus & ne- *Neceſſitas.*
Quod autem ad alterum attinet, cogitan-
, nullum vnquam eſſe malum optabile aut
dum. Deinde ſuadere iſta ratio videtur,
hanc animi naturam, quæ ſuapte volun-
bſque coactione, alias verum bonum am-

plectitur,alias imaginariū, e natura rerum
lendam,aut vt non bonum,aut vt magnu
neque reputat, quot rebus quæ in emun
habētur, & maius & honorabilius bonum
tas voluntatis. Omnibus enim hæc quæ
ſunt antecellit, nec quiſquā eſt,qui aut bru
cus aut ſtirps eſſe mallet quam homo. Cu
minora bona Deus ſuppeditaſſet,an non &
illis maius eſt,ſuppeditandum erat? Dein
hoc ſupra dictum eſt (ſublata e rerum na
penſione animorum in vtramque partem
ſimas etiam hominū virtutes vna tolli eſ
& totam formam humanam. Neque enim
& temperantia humana reſtabit,niſi etiam
animus poſſit. Quod ni ita eſſet,angelicus
diuinus,nec iam humanus. Hac itaq; ratio
ditur, auerſionem a bono, & quod ſecund
malum dicitur,eſſe neceſſariam: quod abſ
humanæ virtutes, nec ipſa etiam homin
in rerum natura exſtitiſſet. Quapropter et
quis a Deo productam dixerit auerſionem
bono, quatenus ad tot bona quæ natura
queunt,conſtituenda neceſſaria eſt: mali a
dicere Deum iure non putabitur. Nam & n
abſceſſus putrefacientem, & corpus vrent
cantem, & partes abſcindentem, nemo a
morbi,ſed ſanitatis potius quiſque auctor
quod ſine his illi homines curari non po
Atque etiam diuina VINDICTA, vltrice
ſuæ parte, quæ & permittit & auget aliqu
affectus,eatenus progreditur,quatenus alit
non poterant,niſi prius interdum,aut ſæpi
inſaniæ appetitioni morem geſſiſſent. Q
eſt, cur etiam boni pædagogi non omnibu
rum cupiditatibus aduerſentur, ſed ſæpe c
ant, interdum etiam obſequantur: quaſi
ille, huiuſmodi affectus non plane poſſit e
niſi aliquando iis obſecutus fuerit, & ipſi
ſaturatus. Neq; vero pædagogum vel diuin

Sublata libertate, virtus tollitur.

Auerſionē a bono, quatenus humanam formā conſtituat, non eſſet malum.

Diuina vindicta medico ſimilis.

mali dicimus eſſe cauſam, ſed boni, quod
ſa iſta fiant. Etenim quæ ſtudia ad modeſti-
nent, modeſta: & quæ ad ſanitatem, ſalu-
mus. Omnis porro actio fine, cuius cauſa
fuit, informatur atque perficitur. Itaq; De-
eſſariæ auerſionis a bono aliqua ex parte
t: merito cauſa eſſe mali dici non poſſet.
do autem ipſius neceſſariæ auerſionis a bo-
ctor, conſiderandum eſt. Neque enim ipſe
em facit (abſit hoc) ſed liberæ voluntati
ltatem dedit, vt & hoc genus in vniuerſi-
m locum haberet: & tot bona efficerentur,
auerſione iſta effici non poſſent. Proprie
ctor eſt liberæ iſtius naturæ, cum bona ſit,
mundi bonis pretioſior. Cuius actio paſſi-
erſio, volentis, & non coactæ. Bonam au-
liberam iſtam naturam, etſi aliquando et-
erti poteſt, conſtare opinor: & qui mali
am ſtatuunt, eo ipſo Deum MALI auctorē *Manichæos ſibi parum conſtare.*
affirmant. Hi enim cum non modo condi
a Deo dicant, ſed etiam partem eum aut
m eſſe Dei iactitent: talem tamen eum
ibēt, qui malus fieri poſſit, & conſulto ma-
Sic enim eos dicere par eſt, qui in nobis ſi-
dicunt, aut vincere malum, aut ab eo vinci,
aque & victum pœnis & victorem præmiis
Quæ cum dicunt, non expendunt, cum his
n animi ad malum impulſionem cohærere
e. Omnino igitur ſiue conſulto peruerti
dicunt, ſiue externa impulſione: eo vtique
t, quia natura eius hoc ferebat. Quod ni ita
on malus euaſiſſet. Proinde neque primum
deprauari dicunt, quod id eius natura pror- ἡ μήτηρ τῆς ζωῆς. ὁ δημιουργός. οἱ αἰῶνες.
uat: neque cætera bona cum illo proxime
cta, vt quam matrem vitæ vocant, & opifi-
illius loci ſecula. Quamobrem etiam hi qui
n a Deo talem eſſe conditum perhibent, vt
poſſet: quia talis natura non mala, ſed bo-
on dicunt mali cauſam eſſe Deum. Sed hæc

Verborum Epicteti declaratio.

hactenus, de natura & ortu malorum. R
eſt vt Epicteti verba conſideremus, & v
quemadmodum is ea quę nos fuſe perſecu
compendio perſtrinxerit. Cum enim diſci
rum in amplectendis bonis & declinãdis r

Natura MALI mirabilis.

ſetur, neceſſe fuit oſtendere, naturam mal
rabilem. Nam aliquo modo & eſt & non e
ceſſio quædam rei ſit, non ipſa res: eaqu
prorſus fugienda eſt, quod principalem
non habet, proptereaque a nemine expe
vllius actionis finis eſt. Nam eius qui don
ſtruit, ſcopus & finis eſt domus, ob quam
& fabro ianua, propter quam fabricat. M
cauſa nihil geritur. Eſt igitur Epicteti rat
breuiter huiuſmodi: Malum, aberratio a
Quod enim principaliter in mundo fit, ſ
eius qui facit: & finis, illius adeptio. Quo
attingit ſcopum is qui facit. Si igitur id q
cipue ſpectatur, & ſecundum naturam in m
non eſt aberratio a ſcopo (nam adeptio p
malum vero eſt aberratio a ſcopo: malum
cipue ſpectari, conſultoque in mundo fier

Malum eſt aberratio a ſcopo.

Malum autem eſſe aberrationem a ſcopo,
de eo diximus, clarum eſt. Nam ſi quis ſibi
tem tanquam metam & bonum propoſui
eo collimat, tanquam ad bonum: hoc e
otius ad eam, animi certe quidẽ impulſio
Qui ſi bono potitus non fuerit, ſed ab eo ſ
aberrarit: vtiq; is qui ſcopum nõ attingit, f
Ea porro quæ in mundo præcipue ſpectant
eſſe eius qui facit, & finem, eorũ adeption
conſtat, quę de ædificatore dixi, & fabro. Id
quod fit, ſcop⁹ eſt eius qui facit: quem intu
quam ſagittas ita ſuas actiones dirigit, eun
finem proponit, vt ſcopum attingat. Cu
„ ſic dixerit, Nec mali natura in mũdo ſit: na
mine id intelligit, quod ſecundum naturan
præcipueque ſpectatur. Quod ſi quis ſic
ratiocinationem hanc, vt minor propo
Q

admodum ſcopus aberrandi cauſa nō pona- »
(oc enim ſignificat, malum eſſe aberrationem
) prætermiſſa maiore, qua negatur, quod in
præcipue ſpectatur, eſſe aberrationem a ſco-
ptio cum ſit) concluſionem ſubiungat: ma-
n præcipue ſpectari, neque hanc fieri ſecun-
aturam in mundo. Poteſt etiam vt connexū
æc propoſitio, hoc modo: Si ſcopus aberran-
non ponitur, mali natura in mundo non
Nam ſi exſiſteret, ſcopus eſſet faciētis, quem
faceret. Sed ſcopus eſt vt id fugiatur. Fugi-
enim eſt malum. Quare non attingendi, ſed
di cauſa poneretur. Si igitur ſcopus aberran-
cauſa non ponitur, nec mali natura in mun-
ſtit.

EPICTETVS.

*rpus quidem tuum aliquis obuio cuiq; permit-
t: indignareris. Tu vero, qui animum tuum
permittas, vt ſi conuicia tibi dixerit, pertur-
mœreat: non erubeſcis?*

SIMPLICIVS.

omparatio iſta alterius permittentis, cum eo
: permittit, & corporis cum animo: rem val-
rat. Deterius enim eſt a ſemetipſo lædi, quā
Nam ſi amicis offenſi magis ſuccenſemus
aliis, cum ob cogitationem familiaritatis,
od præter exſpectationem id nobis accidit:
abſurdius erit a ſemetipſo lædi. Si corporis
m ægre ferimus: multo moleſtius ferendæ
nimi læſiones. Iam, ſi noſtri arbitrii non eſt,
aliquis corpus noſtrum cuiuis obuio per-
nec ne, hoc vero in nobis ſitū eſt, an permit-
nec ne cuiuis animum noſtrū, vt, ſi ille con-
aut contumeliam fecerit, perturbetur &
datur: vtrunq; pudendum eſt, & id ægre fer-
l neque in noſtra poteſtate, neque noſtrum
eſt: & id malum in nos admittere, quod

vitare ac propulſare licuiſſet. Recte autem ſuccenſendi abſtinuit. Succenſemus enim gnamur ob ea mala, quæ nobis alii faciunt: vero nos pudet, quæ in alios ipſi admittimu gis vero erubeſcendum ſi nos ipſos violamu magis, ſi id cauere nobis licuiſſet. Erubeſci is, qui turpitudine ſuorum peccatorum, q fecit, agnoſcit. * Quid vero turpius, quam ſe propoſitæ illuſtris comparationis huiu mina perſpicere?

EPICTETVS.

Quamobrem cuiuſq; rei anteceſſionibus cutionibus conſideratis, ſic eam aggrede qui primum alacriter eam ſuſcipies, eorum conſequuntur expenſo: poſt autem, turpitudin exorta, verecundaberis. Vis Olympia vincere medius fidius, præclarum enim habetur. Sed quid antecedere, quid ſequi ſoleat: atq; ita re dam ſuſcipito. Oportebit te conſeruare ordin ingratis, abſtinere bellariis, exerceri neceſſari to tempore, in æſtu, in frigore: non frigidam bi vinum niſi præfinito. Ad ſummam, tanquam ſic laniſta te tradas oportet: deinde in certa ſcendere. aliquando manum lædere, talum d re, multum pulueris deglutire, interdum flag & vinci poſt hæc omnia. His omnibus con pugilum certamen ſuſcipe, ſi lubet adhuc. S vt pueri reſilies: qui nunc pugiles ludunt, nu nes, nunc gladiatores: iam tuba canunt, ia dias repræſentant. Tu quoq; ſic, nunc pugil, m ator, poſtea orator, demum philoſophus: to animo nihil. Sed vt ſimius, quicquid ſpectau tabere, atq; aliud ex alio adamabis. Nec en pta cogitatione quicquam es aggreſſus, aut e prius: ſed temere, appetitus leuitatem ſecutu qui philoſopho ſpectato, & audito aliquo di Quam recte dicit Socrates, enimuero quis ita

te, vt ille? ipſi etiam philoſophari volunt. Homo, im conſidera, cuiuſmodi ſit res: deinde natura tua, eamne ferre queat, explora. Quinquercio es, aut palæſtrita? brachia tua intuere, femora & s conſidera. nam aliud alio natura pertinet. ne te hæc aggreſſum æque poſſe edere, æque bibe- ē faſtidire? Vigilandum eſt, laborandum, a tuis ndum: a puero contemni, in omnibus deteriore ione eſſe, in honore, in magiſtratu, in iudicio, in quolibet oportebit. Hæc conſidera: tecumque an his rebus redimere velis animi tranquilli- libertatem, conſtantiam? Sin minus, vide ne ri, nunc philoſophus, mox publicanus, poſt ora- niq; Cæſaris procurator fias. Iſta non conſentiũt: te oportet hominem, eumq; vel bonum vel ma- e? aut exercenda tibi ratio & mens eſt, aut res æ excolendæ: aut in internis elaborandum, aut rnis: hoc eſt, aut philoſophi tuendus locus, aut is plebeii.

EPICTETVS.

Mnia officia in vniuerſum, mutuis affectionibus int metienda. Pater eſt? præcipitur, curam eius m, cedendum ei in omnibus: ſi conuicietur, ſi et, ferendum eſſe. At pater malus eſt? Nunquid natura cum bono patre coniunctus es? non, ſed rte. Tu igitur munus tuum erga ipſum tuere, d ille agat conſidera: ſed quibus rebus agendis, nſtitutum naturæ futurum ſit conſentaneum. n alius non lædet, niſi ipſe velis. Tum autem læ- cum te lædi exiſtimaris. Sic igitur vicini, ſic ci- Imperatoris officium inuenies, ſi mutuas affe- ſpectare conſueueris.

SIMPLICIVS.

Oicia ſunt ea quæ fiunt, vt decet & conuenit, & æ uoque digna ſunt: & hæc eius iuſtitiæ mune-

ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ᾽ ἀρετή ἐστι.

ra ſunt quæ omnem virtutem continet. Eſt
iuſtitia,quæ ab aliis virtutibus diſtinguitur.

Eſt & quæ reliquas in ſe complectitur omne
Nam iuſtitiæ eſt ſuum cuique tribuere. Qu
diſciplina morum, & ciuilis facultas in offici
ſatur. Iuſtitia,cum eſt animi gubernatrix, cui
nimi parti ſuum officium præſcribit. Iuſtiti
tatis moderatrix, & ipſa cuiuis reipublicæ p
tribuit,quo quæque digna eſt. Cum igitur ſu
ribus præceptis,quæ & ipſa ad officia pertinen
ditorem erudierit: hic ei nunc artem tractar
ficii & reperiendi & præſtandi tradit. Quæq
prolixis voluminibus tractarunt, cuiuſmod
libri de Officiis, & de interiore pulcritudine,
Nicolaus Damaſcenus. opus Nicolaus Damaſcenus edidit: ea hic
verſibus ita grauiter & luculente,vt morum a
afferat,perſtrinxit.Officia porro,vt in vniuerſ
Officiorum diuiſio. tes tribuantur, partim ſunt aduerſus homi
ſimiles,partim aduerſus præſtantiores, parti
uerſus deteriores, partim etiam fortaſſis ad
noſmetipſos. Et horum quodlibet multa hal
ſcrimina: quorum præcipua & ipſe perſequit
officiis erga homines exorſus. Ac præclare
docet,quomodo reperienda ſint officia: nec e
tribuenda eſſe patri & filio, ciui & hoſpiti,
merito & ei qui læſerit,alia denique aliis: pro
one affectionis & neceſſitudinis,quæ cum quo
intercedit. Alia ratio eſt aduerſus patrem,
poſt Deum ortus noſtri & totius naturæ noſt
auctor & benefactor. Alia erga filium, cuiu
cauſa ſumus, & qui noſtri quædam pars eſt.
σχέσις quid. in primis quid ſit σχέσις, quam Latine vel ne
tudinem, vel affectionem, vel habitum, vel
ctum,vel relationem (ſi cui forte voces hæ plac
dicere poſſumus, declarandum eſt prius, quan
rum varietatem perſequamur. Eſt igitur σχέσι
in genere dicamus, ordo quorundam inter ſe
mutuus reſpectus: isque vel a natura inſtitutus
voluntate ſuſceptus, ſimilium aut diſſimili

lli coniunguntur, hi diſſociantur. Mutua quænim inter illos affectio eſt, qua alii alios comintur: & quamuis diremti aliique facti fuetamen non prorſus diuelluntur: ſed ita mavt alter ſit alterius, & ea quorum eſt affectio, eſe conferuntur.

1. Natura. Fraterna coniunctio.

Eſt autem ordo naturalis ſicontrahens, coniunctio fraterna. Quare alteorum quæ inuicem affecta ſunt, altero definam frater fratris eſt frater, & par pari par, & tus cognato cognatus, & ciuis ciuitatis ciuis.

Alienorum diſſociatio.

m ordo naturalis diſſocians aliena ratione s. Nã & hic eſt ordo naturalis, & * ſimilitudiſtat. Quapropter ratione ſimilitudinis inter feruntur. Nam alienus alieni eſt alienus: ſed ic diſſocians eſt. Nam alienum ſeparat famiut cognatio coniungit. Verum propter ſidinem ſiue ea conſocians, ſiue diſſocians ſit, eadem ſunt in vtroque aduerſus alterum.

Diſſimilium coniunctio.

alis vero ordo diſſimiles coniungens inter ſe patris & filii. eſt enim coniunctio naturalis, ſimilium: quia non alter per alterum defivt fit in fratribus. Ibi enim dicebamus, frater eſt frater: hic vero, pater filii eſt pater, & fitris filius. Eſt igitur hic ordo naturalis diſſin coniungens. Sed diſſimilitudo ea eſt, quæ er cauſam, & id quod a cauſa proficiſcitur.

Contrariorum coniunctio.

lius ordo naturalis diſſimilium coniungens, trariorum, cuiuſmodi eſt dextrum & ſini- Nam hæc cum diſſimilia ſint, neceſſitudiuidem inter ſe quandam habent, ſed ratione rii loci.

Diſſimilium diſiunctio.

Eſt & ordo naturalis diſſimilium diſis: vt eſt, anno ſuperiore, & hoc anno. eſt & hæc affectio temporum diſcernens.

2. Voluntate.

Coniunctio amicorum & inimicorum.

Orluntate ſuſceptus & ſimilium coniungens, io amicorum: diſſimilium vero diſiungens, nimicorum. Nam & inimicorum idem eſt ecundum affectionem, voluntatibus diſſimi- Quare alter per alterum definitur, vt inimiinimici inimicꝰ, ſicut amicus amici. Diſiun-

gens autem eſt inimicorum ordo, ſicut amic
Docentis & diſcentis. coniungens. Eſt & ordo voluntarius diſſimi
coniungens, ratio docentis & diſcentis: vt cau
Vendentis & ementis. eius quod oritur a cauſa. Ratio vero vendenti
mentis, vt contrariorum. Eſt & ordo volunt
ratione diſſimilitudinis diſiungēs, ratio perſec
Perſequētis & fugientis. tis & fugientis. Perſequens enim fugientem
quitur * coniunctè quidem ratione voluntar
fectionis diſſimiliter, ſed ſeiungendo coniu
Mariti & vxoris. Mariti autem & vxoris affectio media quodam
do eſſe videtur inter naturales & voluntarias
vtrarumque particeps, & diſſimilitudine defi
da. Nam maritus vxoris eſt maritus, & vxor
Vicinorum inter ſeſe. vxor. Mediam & vicini habent affectionem,
ſimilitudine definiantur. imperans vero & o
Magiſtratus & populi. ens partim naturale eſt (imperat enim ſemper
ſtantius deteriori in vniuerſo:) partim volun
cum pactione quadam diuites imperant, pau
vero obtemperant: partim miſtum, cum pu
decretum fuerit, vt imperent prudentiores.
Naturales affectiones æternæ ſunt: voluntariæ, mutabiles. igitur (vt paucis complectar) tot ſint affecti
quacunque harum cum aliquo coniuncti ſimu
ipſa affectionis forma officium aduerſus eum
periemus & conſeruabimus: ſiue id ille conſe
ſiue non, in naturalibus officiis præſertim. Na
luntariam affectionem etiam alter, bona m
voluntate dirimere poteſt, amicitiam mala, ir
citias bona. Etenim voluntas eam affectionem
ſtituit: naturalem vero non voluntas, ſed na
Quamobrem ſi amicus noſter ob prauam volu
tem fit inimicus: ſoluit affectionem noſtram,
iam ei debemus amicitiæ officia, qui amicus eſſe
Neceſſitudo paterna. ſtitit, & inimicus eſſe voluit. Verum ſi pater im
ba voluntate fuerit, patris affectionem non ſ
voluntas. Ea enim naturalis eſt, & non volunt
& talis affectio eſt erga patrem, non vtique erga
num patrem. Etſi igitur malus fuerit pater, ta
officia quæ patri debentur, ei præſtanda ſunt.
mnibus itaque modis eſt obſeruandus & curan

y

vitæ noſtræ poſt Deum auctor, & quod eius
x caritate muniti huc vſque proceſſimus. Eſt
a parentibus reddenda, vt quam ab illis mu-
acceperimus, gratis animis atque vberiore
ra: eorumque mandata alacriter exſequenda
1,iis exceptis quæ animi vitia prouocant. Hæc
citra eorum offenſam, quantum fieri poteſt
nda ſunt, vt quæ patri animorum diſplice-
edendumque illis eſt cæteris rebus omnibus,
xternis,quam ipſo corpore. Nam ſi fortuitis

Quæ animorum patri diſplicent, recuſanda.

iis, argento numerato & corpora & peculia
um parent: quanto magis parebunt eadem
qui naturales ortus noſtri auctores fuerunt?
& verbera patrum æquioribus animis feren-
t filiis, quam ſeruis dominorum: multoque
conuicium aut contumelia. Itaque veteres
norum leges, tum excellentia naturæ conſi-
,tum laboribus quos filiorum cauſa parentes

Patria poteſtas apud Romanos.

it expenſis, tum eo etiam conſilio, vt liberos
io patriæ poteſtati ſubiicerent (fretæ ſcilicet
li parentum erga liberos pietate,& vendendi
ſi vellent, poteſtatem dedere parentibus, &
e occidendi. His vero antiquiores ita venera-
t parentes,vt Deos appellare eos non dubita-

θεοὶ θεῖοι.

Sed quamuis in hoc diuinam excellentiam
i, patres appellare deos ſit deſitum: fratres
patrum Græci adhuc θείους,quaſi diuinos,nō
mani) patruos appellant, vt demonſtrent,
rationem parentum aduerſus liberos eſſe ex-
it.Sunt autem officia aduerſus parentes,tum
æqua ſunt,præſtanda potiſſimum,vt ea ratio-
luntatem noſtram naturæ conſentaneam
uemus: tum diuinæ vindictæ ratio eſt ha-

Qualis tu in patrem fueris,tales ipſe liberos tuos experieris.

, quod conſentaneum eſt fore vt tales libero-
n nos animos experiamur, quales nos aduer-
entes noſtros præbuerimus. Quod ſi frater te
, tu aduerſus fratrem naturalem affectionis
m conſerua,& pactionem vniuerſitate rerum
arbitra initam,quæ tibi hos,& non alios pa-

Officia fraterna.

rentes fratres atq; cognatos deſtinauit. Illud
conſidera, vt ille te vel æque vel inique tractet
eſſe penes te: tuum vero munus eſſe penes te.
re non eſſe conſiderandum, quomodo is te tr
ſed quid tu facias, vt naturæ congruenter viua
que enim illius dominus es, ſed illud vt tui
munus exſequare. In eo enim & detrimentũ
& emolumentum ſitum eſt. Nam ille quide
cunque ſe geſſerit, te non lædet, ſi vtilitatem
mnum in te ipſo quæſieris. Sin iſta in externis
collocaris, id damnum non frater, ſed tu ipſe ti
deris. Atque etiam conſiderandum, ſi lenitate
ritate tua fratrem amicum tibi feceris: bina
ctiones permiſtas, mirabilem effecturas eſſe co
Officia diſcipulorum. ctionem. Officia porro erga bonarum artiu
ctores eadem ſunt, quæ erga parentes, & ſ
cum aliquo cumulo: quod hi altores & cur
nõ corporis noſtri, ſed noſtri ipſorum ſunt: id
naturali neceſſitate, vt parentes tum apud
animantes, tum apud homines, ſed bona vo
te, diuinam bonitatem imitante, quæ animas
tum delapſas eo vnde venerunt, reducere co
Illud etiam præterea habent officia aduerſus
ſtros, quod omnibus eorum præceptis, tanqu
Ariſtoteles: τῶν γονέων οἱ παιδεύσαντες ἐντιμότεροί εἰσι τῶν γεννησάντων μόνον. οἱ μὲν γὰρ τὸ ζῆν, οἱ δὲ τὸ καλῶς ζῆν παρέχουσι. uinis edictis, eſt obtemperandum. Earum en
rum doctor, quæ ſecundum naturam nobis c
niunt, nihil præcipiet, niſi quod ad hunc fine
ratur. Si vero parentes noſtri bonarum etian
doctores fuerint: tum binis affectionibus c
ctis, etiam officia vtriſque debita præſtanda
ipſique vt diuina quædam imago adorandi, q
vt eſſemus, & vt bene eſſemus, hi non ſecus a
auctores fuerint. Iam amicitiæ officia, quæ &
rabilia, & vtilia ſunt, quam breuiſſime percurr
Amicorum officia. In his primum eſt delectus: alterum, tracta
optima tractatione conſeruatio amicorum
1. Delectus. vniuerſum amicitiæ bonum exſiſtit. Ac d
quidem agendus eſt, morum ſimilitudine c
rata. Diſſimilia enim non facile in amicitia
le

ſcat,quamuis vtraq; bona eſſe videantur. Mores frigidiores & ſtabiliores, non cōueniunt cum orib. & feruidioribus. Deinde videndū,quemodum veteres ſuos amicos tractarit is,cuius aiā expetimus. Tertiū eſt,ac potius & primum dium & vltimum,vtrum brutis cupiditatibus t,an vtcunq; in eo ratio dominetur. Huic conus eſt,vt appetitiones ſpectentur,vtrum hæ ad neſtas & probatas bonis ferantur, an vero ad idas & fœdas,& hominum vulgo placitas: præq; num moderatæ tractabilesq; ſint appetitio: declinationes. rectæq; rationi facile pareant, hementes & effrænes,& ad id quod ipſis placet iendum ſemper incitatæ? Tales enim omnia rbitratu cogentes, nō ſunt idoneæ ad amicitiæ unctionem. Atq; ea etiam ingenia,quę ſummū um in rebus externis collocāt,vt in opibus,aut orib. aut ciuili auctoritate & gloria,ne ipſa quiapta ſunt ad amicitiam. Nam cum hæc diuidi nt,qui ea vehemētius appetit,plus capit,& mielinquit vtiq;,vt amicus paria nō obtineat. Ac cunia & corporibus id quidem clarum eſt. Sed oriolæ captator vnus ſcilicet,vult florere gloria. ni vero bona,quæ indiuiſa ii habēt penes quos ,vt virtutes, vt ſcientiæ, ſi alter eorum ſit parti-, in altero adeo non minuuntur, vt augeantur n. Simul enim excitantur & inflammantur hæc nimis eruditorum & bonorum virorum,& aliis municata multiplicantur, & velut ſilicis & ca-; attritu lux vna veritatis & honeſtæ vitæ inde cat. Præterea amici in verum bonum intenti,& ectæ rationis normam res ſuas dirigentes, vna ula vtuntur diiudicandæ vtilitatis. Nam vtriſ-& bonū commune eſt, & vna recta ratio. Cum tem in amicorum animis regula ſit communis, : vtilia & noxia diiudicet, itemque iucunda & eſta: coniungi eos inter ſeſe eſt neceſſe,omnem diſſenſionem & tumultum tolli e medio. Sin communi regula rectæ rationis non vſi ambo

καὶ αἱ ἀνομοιότητες τῶν ἠθῶν ἥκιστα φιλικόν.

2

3

4

Auari, ambitioſi, voluptarii, non apti ad amicitiam.

Amici veri, virtutis & ſapientiæ ſtudioſi.

fuerint,diuelli eos eſt neceſſe. Ac delectus qu
amicorum eſt talis. Tractatio autem & conſ
tio,vno verbo vt dicam,id quod rectum eſt,ter
Sic igitur vtendum eſt amicis, vt eos vti nobi
lumus. Ac beneficia quæ a nobis in illos pr
ſcuntur, extenuanda ſunt cogitatione noſtra:
traque amplificanda,quæ in nos illi contuleri
delictis autem contrarium faciendum eſt: illo
que extenuanda ſunt, noſtra exaggereanda &
probanda. Proprium vero nihil exiſtimandu
quin idem noſtris etiam amicis magis conue
& principatu libenter illis eſt cedendum, qua
bis ipſis cederemus. Siquidem amicus, veteri
uerbio, alter ipſe eſt. Quia vero fieri nō poteſt
homines aliquando delinquamus, & alii ali
fendamus: amicitiæ inſtitutum totis virib
tuendum,delictumque leniter caſtigandum,v
aureo illi præcepto pareatur,

Tractatio & conſeruatio amicorum.

Bona fide redeundum in gratiam.

„ *Crimen ob exiguum tibi ne fuat hoſtis amic*
„ *Quod liceat*:

& reditus in gratiam firmus & fidelis tam v
quam re ipſa declarandus, ne peccati conſcien
qui peccauit, de reliquo ſuſpectam faciat am
am,non credenti eum qui offenſus ſit, eandem
nere voluntatem. Illud vero perſpicuum eſ
amico tantum, ſed & eius neceſſariis beneuol
am & officia præſtanda eſſe, vt eorum coniu
nobiſcum non minor quam cum illis ducatur:
abſens minus, ac potius magis eſt curandus q
præſens,quod mihi de meo quodam amico co
Vt autem paucis complectar, ſi verus delectus
tur, & quaſi fundamenta amicitiæ rite iacian
iam ipſe ille cordatus amor eam ad conuenien
vſum perducit, & amicitiæ officia facile perd
Vltro enim amicus ſic amicum tractans,vt ſeip
omni fungetur officio. Quantum vero in ami
inſit boni, & quod ea bonorum ſit cauſa: proli
id quidem deſiderat commemorationem, ſe
men pauca dicantur quæ in mentem veniunt.

Amicitiæ commendatio.

primi

ı, vterque amicus duos habebit animos, to-
ue corpora: nec dubium, quin externa etiam
:untur bona communia. Quod ſi plures ta-
i fuerint, vnuſquiſq; multis augetur & ani-
orporibus & fortunis. Igitur & in rerum
inquiſitione magna lux veritatis ita con-
ınimis illuceſcit: & in virtutis vſu, ſi ea quæ
lıs excellunt, in commune conferantur &
tur, vna quædam integra & perfecta virtus
blice omnibus, tum ſeparatim ſingulis faci-
ngit, quæ & a numine illuſtretur ob perſe-
ı. Accedunt tuta cōſilia dubiis temporibus,
ıes conſtantes, prudentia ſimul & potentia
ıratæ. Iam peregre profectus amicus ſuis per
ıadeſt, bonoque animo eſt: non tantum
, ſed & moriens, quaſi vna cum iis ætatem
. Quanta vero in hac re ſuauitas ineſt? Quid
cundius amici conſpectu, ſermone, actioni-
des vero atque fiducia nec ob cognationem
ſe poteſt, nec ob principatum, nec ob pecu-
gnitudinem, quanta propter ſynceros ami-
:xander certe interrogatus vbi theſauros ſu- *Vbi amici, ibi opes.*
ret, amicos ſuos demonſtrauit. Eſt & pæda-
ıptimus, amicus. Nam a nemine quiſquam
:tum minore cum offenſa quam ab amico
r: neque veremur quenquam ſic, neglecto
ıliquo, vt amicum. Res lætas & ſecundas
mici præſentia, curas & ſolicitudines ne-
ıe leuat & conſolatur: tutaque eſt ad opti-
ominum tractationem exercitatio. Nam &
ıs locus amico libenter conceditur, & eius
facile ignoſcitur, & quæ ſentias citra fucum
amico dixeris. Pro acceptis autem beneficiis
ıeuolentia gratiam alacriter animo referre
s: nec humanitas & bonitas erga quenquam
ıeralitate & benignitate, atque aduerſus ami-
:claratur: nec periculi ſocius æque promtus,
n periculo capitis, atque amicus reperietur.
ſi exercitum ex amicis conſcribere liceret:

multo pauciores, facile plures hoſtes profl
Si quis ergo ſe erga amicos hiſce rebus ſoleri
cuerit, & ob amicitiæ caritatem citra mo
conſuefecerit: facile cum tempus poſtularit
aduerſus alios etiam homines vtetur, ead
cii ratione ſeruata. Eſt & illud animaduerſ
gnum, amicitiam naturalibus etiam affect
conferre deſiderium, caritatem, & præſtai
cii alacritatem. Nam & fratres, & liberi, &
& vxor, niſi amici inter ſeſe fuerint, quam
ѕtato obtemperantes, naturali affectioni tri
quod decet, tamen id nec alacriter, nec hilar
vltro denique, ſed veluti coacti facient, t
neceſſarium aliquod & vrgens munus obiti
autem ſingulari ſtudio incitati, nec eas re
cipua bona amplexi: ſed ideo aggreſſi, n
ſuo defuiſſe videantur. Cur autem amicit
ctio tantam vim habeat, illud in cauſa eſt,
conſilio & voluntate ſuſcepta eſt. Nam q
luntate non pendent, ea naturali ſunt affect
uincta. Voluntaria vero arctiore vinculo ſu
cta, quod rationis & voluntatis facultas, an
tura ſuperior eſt: & vni, omnia ad vnum
ti, propinquior. Etſi autem ea quoque n
admirabilia bona ſunt amicitiæ quæ expoſ
pleraque tamen humana ſunt. Quod vero i
ximum eſt, maximeque diuinum, ignoratu
ſincera amicitia mentes amicorum in vnu
trahens, meditatio pulcerrima eſt diuinæ
ctionis. Neque enim fieri poteſt, vt ad geni
Dei coniunctionem perueniatur, niſi ea qu
ter cognatos animos anteceſſerit. Recte igi
thagorei præ aliis virtutibus amicitiam col
eamque vinculum omnium virtutum eſſe p
tiarunt. Nam ſi vna quævis abfuerit virtu
ſe recuſat amicitia. Quis enim iniuſtus,
temperans, aut timidus, ac magis etiam
boni quod eſt in amicitia capax eſſe queat?
igitur, qui amicus eſſe vult, ſemetipſum rep
qu

Iſocrates: περὶ ἑταιρείαν πολλῷ κρείττων φύσις νόμου, καὶ τρόπος γένους, ἡ προαίρεσις ἀνάγκης.

D. Iohãnes: ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν ἑαυτοῦ, ὃν ἑώρακε: τὸν θεόν, ὃν οὐχ ἑώρακε, πῶς δύναται ἀγαπᾶν.

Amicitia vinculum virtutum omnium.

m fieri poteſt, a brutis affectibus, ac tum ſui uærere: idque inuentum amplecti, quaſi di- nimæ ſuæ alteraue corporis ſui parte reper- ndum fabulam Ariſtophanis. Atque hæc x deſiderio tributa ſint, quam vel in paucis optabile eſt, noſtra ætate propemodum pe- vita mortalium profligatam. Sed eo rede- eſt, vnde diſceſſimus, & affectiones reliquæ endæ, quarum meminit Epictetus. Cum affectionum diſcrimine officiorum diſcri- periendum eſſe dixiſſet: Sic, inquit, & ab ne ciuis, officium erga illum eſt reperien- t autem quædam ea quoque cognatio. Nam nunis mater eſt ciuitas, & patrem ſimul ac repræſentat: ea ratione quaſi fratres quoſ- e ciues, conſtat. Eſt & illud in promtu, inter germanos ciues (de inquilinis enim non) etſi longinquam cognationem, tamen m intercedere, quanquam cognatio eiuſ- iginis, neceſſitudo ſatis ampla eſt. Magna t ingeniorum ſimilitudo, non in iiſdem mo- tatibus, ſed etiam nationibus iiſdem. Ciues ic tractandi ſunt, vt cognati: dandaque ope- ua re neceſſaria egeant: & diſciplina eorum ili curanda, vt is quoque fructus ex eis capia- & apud bonos viros habites, nec in victu & orporis tuendi cauſa quicquam deſideres, & culis auxilio non deſtituaris. Pupillis quidem iis parentis loco eſſe debes. Poteſt enim alius ia, alius pro auctoritate magiſtratus, alius per s, alius bono conſilio, alius opera corporis, denique (vt cætera deficiant omnia) animi a propenſione, & æque prope dolendo ciui ſuo nire. Ciuis autem, ſi etiam vicinus fuerit, anto arctiore deuincitur neceſſitudinis vin- Vt enim vrbem eandem, & familiam eandem, emere neque fortuito conſequimur: ſic etiam em vrbis locum communi quadã ratione ſor- r. Maior igitur beneuolentia & familiaritas

Ciuis officia.

Et quacunque potes arte iuuare, iuua.

Vicini officia.

vicino debetur quam ciui: quæq; de ciue dic
vberius & cumulatius in vicino obſeruantu
& communicantur & accepta referuntur q
ſunt omnia. Rebus eorum ſecundis gratula
aduerſis ingemiſcendum,ægrotantes tanqu
medici curandi: & in omnibus aliorum co
bus declarandum te vicino in re nulla iuſta c
rum,pro virili adiutando. Denique turpe h
& erubeſcendum eſt, vicinum ei in re ab ali
tum fuiſſe,qua adiuuari a nobis potuiſſet.Eſ
affectio quædam aduerſus peregrinos, qui
veniunt,ab hoſpitum curatore Deo concilia
igitur & his ſuum tribuendum tum ob cur
eorum Deum, tum propter incrementum h
tatis noſtræ, quæ non ſolius neceſſitudini
gnationis rationem habere, ſed ad vniuerſ
minum genus porrigi debet: tum vero, vt
cum fiducia ſupplicemus Hoſpitali Deo, diu
prouidentia & ipſi ea conſequamur, quæ h
bus tribuimus. Tenendum enim eſt,quem
am rectam voluntatem & bonas actiones m
Deo,eaſdemq; magna cum vſura, & vberiore
homines ſolent menſura ab eo rependi. Nu
tem modo violandus eſt hoſpes: ſed ſi ab ali
letur,ſumma vi defendendus. Eum enim o
mana deſtitutum, curator hoſpitum Deus m
reſpicit & vlciſcitur. Eſt & in eo negotio cui
ficiendi cauſa venit,adiuuandus ab eo qui po
victus egenti præbendus pro facultatibus:
morbo iuuandus eſt hoſpes, quantum licet
reditu ad ſuos quoad poſſis. Atque etiam m
officium,inquit,ex affectione erga Imperato
reperiendum. Conuenit autem & iubenti al
ſtatim parere, ob ſubitas bellicæ rei conuerſi
& fortiter pugnare cum iuſſerit Imperator, q
ipſo poſita ſit victoria exercitus: & pro eius
diſcrimen capitis adire, quod vno milite cæ
rum in bello ei parti nocetur: duce autem in
cto,vel victores eius milites ſtatim & animis c

Hoſpitum officia.

Virgilius: Iupiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

Militum officia.

non ſecus atque oues opilione carentes, ludentibus alii alio diffugiunt, vt non caſtra ,ſed ipſa etiam patria, duce in bello cæſo per. Idque declarant ea quæ Cyri mor Xenophonte ſcribitur,conſecuta ſunt. Pom cum principibus ciuitatis quandam eſſe iem, perſpicuum eſt, & officia illi affectioni ntia. Legitimis autem & germanis princirere in omnibus populus debet,& alacriter erare, & venerari eos, vt qui proxime & ſe Deum maxima in rempublicam beneficia it. Veri enim principes ab animo ſuæ cura iunus auſpicantur, & hominis partes per ir: & quod de medicis dixit Hippocrates,in bus copioſius videre licet. Nam ob alienos , , uatis non quidem doloribus afficientur, ſi , , pareant: ſed curas & labores ſubeunt,rem em negligunt, occupationibus detinentur, x a ſui & rerum meliorum cura abſtrahun ue vero magiſtratibus obſequi tantum, ſed m qui poſſunt nauare debent, atque exiſtiiis niti ſalutem ciuitatis. Sin autem verbo principes erunt, & magiſtratus officia ne: improbandi illi quidem erunt, vt ſunt im ſed quod magiſtratui conuenit, eis præ, vt & principatum eis deferamus, & iis pareamus, quibus animus non læditur. eliqua Epicteti capita conuertatur oratio, eius declarationem mihi propoſuerim, ens officiorum doctrinam verboſe perſe-

Populi officia.

Magiſtratus officia.

Falſi principes.

EPICTETVS.

igionis erga Deos immortales præcipuum illud eſcito: rectas de eis habere opiniones: vt ſen eſſe eos, & bene iuſteq; adminiſtrare vniuerſa: im eſſe eis, & in omnibus iis quæ fiant acquie, & ſequenda vltro, vt quæ a mente præſtan-

tiſſima regantur. Sic enim nec incuſabis eos v: nec ab eis negligi te conquereris. Aliter auten nequit, quam ſi iis quæ in poteſtate noſtra non, lictis, tam bona quã mala in iis quæ in nobis ſ collocaris. Nam ſi quid illorum ſenſeris eſſe bon malum, aliter certe fieri non poterit, quin aut ſtratus quæ velles, aut in ea quæ nolles delapſu pes & oderis illarum rerum auctores. Illud enin ra eſt inſitum omni animantium generi, vt ea citura videantur, eorumq; cauſas, fugiant & a tur: contra, vtilia & cauſas eorum perſequa admirentur. Nulla igitur ratio eſt, vt is qui no putat, eo lætetur quod nocere videatur: vnde ipſo damno vt gaudeatur, fieri nequit. Hinc fi patri filius conuicietur, cum ea quæ in bonis ha filio non impertierit: & illud eſt quod inter E & Polynicem bellum concitarit, quod bonum mabant imperium. Hac de cauſa Deos execr gricola: ob hoc nauta, ob hoc mercator, ob hoc ii beros & vxores amittunt. Nam vbi vtilitas, eſt pietas. Quamobrem qui id dat operam, v appetat & auerſetur quemadmodum decet: is opera & pietati dat operam. Libandũ autem & ficandum, & offerendæ primitiæ ſunt vnicuiq patrio: caſte non luxurioſe, nec indiligenter, ne de, nec ſupra facultates.

SIMPLICIVS.

Expoſitis officiis aduerſus eos qui eiuſdei ditionis ſunt, hoc eſt homines: nunc ad pı tiores nobis tranſit. Eſt enim a proximis i dum, & ſic ad ſuperiora in officiis etiam aſc dum. Enimuero hæc quoque ex affectione r quæ cum eis eſt tanquam primis cauſis & ex tibus. Cum autem tales ſint, obſcurum non hil eos noſtris rebus indigere. Quare officia aduerſus illos ſunt, quæ nos illis concilient ſubiiciant. Hac enim ratione affectionem atq dinem naturalem ea quæ ex cauſis orta ſunt, ſi

Non deus nobis, ſed Deo nos egemus.

mas & eximias cauſas tuentur. Honorandi tur, & pie colendi, eorumq; actionibus obndum: libenterque illis cedendum, & in iis endum, vt quæ & optimo conſilio, & ſumuidentia adminiſtrentur Ea vero tum nobis ent, cum & cognitio noſtra vera fuerit, & vi- æ conuenienter inſtituta. Recte autem de emus, ſi iudicauerimus & eſſe eos primas uſas & res conditas gubernare, & conſulere s, eaq; recte & iuſte adminiſtrare. Siue quis eos eſſe non cenſet: ſiue cum ſint, non conbus humanis: ſiue cum & ſint, & rebus huonſulant, id tamen & iniuſte & imprudene opinatur, is neq; colet & venerabitur eos, lorum actionibus ſubſcribet ac parebit, vt no conſilio profectis. Vita porro bene & ſtitui, vt eorum quæ fiunt, cum vniuerſa ab mente adminiſtrentur, nec reprehendas m, neque auctores accuſes, non poteſt, niſi & malum in rebus noſtri iuris quæramus: & appetitiones noſtrę & declinationes verrtq; nunquam appetendo fruſtremur, nunicidamus in id quod declinamus. Siue enim nas vt bonas appetimus, & quaſdā earum s auerſamur: ſæpe & fruſtari deſideriis, & in ugias incidere neceſſe erit. Cum autem iis nur quæ deſideramus, & in ea quæ fugimus ius: fieri non poteſt quin culpemus & ode- uctores harum rerum: aut eos qui cum poſs non auertant, ſed conniueant. Omnes imantes, atque adeo res omnes bonum ap- eademq; ratione mala ſecundum naturam nt: eoque mala quæ aut ſunt aut eſſe videnumque cauſas auerſantur. Itemque vtilia ſeu falſa, eorumq; cauſas amplectuntur & pertur, & vt magna admirantur. Nullo igitur ieri poteſt, vt qui noceri ſibi putat, eo deleuod nocere videatur: ſicut fieri nequit, ipſo no gaudeatur. Sic .n. quiſque aduerſus dan-

Vera de Deo ſententia.

Vita bene inſtituta.

Quos nocere nobis putamus, odimus: quos prodeſſe, diligimus.

tem damnum affectus eſt, vt aduerſus ipſur
num. Damnum enim malum eſt: malum
dum,& odio dignum, ſicut bonum optabil
plectendum. Eum autem,qui rei alicuius qu
habetur, cauſa putatur, odium & conuici
non poſſe: ex eo conſtat, quod nec naturali
ſitudo & coniunctio ſatis virium habet ad
eorum profligandum, qui nos aut bonis c
bentur priuant, aut in ea quæ mala videntu
ciunt. Nam propterea & pater inuiſus a filic
ciis afficitur, ſi bona filio neget, aut quod
habetur inſlipat, ſiue id verberando fiat,
continentiam aſſuefaciendo. Nam & Polyn
Eteoclem Oedipodis filios, hoc quamuis fra
duellum & cædem mutuã adegit, quod im
bonum iudicabant, & alter eo ſe ab altero
Iupiter neq; pluuius, neq; ſerenus, placere omnibus poteſt.
putabat. Iam agricola ſi poſt ſationem no
aut aliquando plus pluit, aut aliquid aliu
bonum aut malum habetur fit, aut non fit:
res aut impiis verbis laceſſit, aut certe cogi
Naturæ quoque moleſte ferunt, cum ventu
cundus non ſpirat, quamuis ſæpe alius Auſt
Aquilone egeat. neque cogitant, fieri non
ſimul contrarii ſpirent: ſed tantum auctor
rum ſuccenſent, quod nec ſuum habeant, &
rium experiantur. Mercatores, cum emunt
um copiam eſſe volunt: & cum vendunt, p
& vtrum horum factum non fuerit, guber
vniuerſitatis huius accuſant, neque cogita
concupiſcere quæ fieri non poſſint. Qui vxo
liberos, qui denique cariſſima quæque amit
fruſtrati iis quæ appetunt, & in ea prolapſi
clinant, gubernatores accuſant. Qui enim i
bonum habetur: præbent eos & colere & v
ſolemus. Nam ratione vtilitatis ſtatim ve
excitatur, aduerſus eos qui vtilitatem præb
cut ob inutile, odium & auerſatio auctorum
qui operam dat vt quemadmodum decet,
& declinet, nec ad externa porrigit appeti
d

tionem: is eadem opera & pietati dat ope- mper enim ea quæ deſiderat adipiſcitur, nec cidit quæ declinat, quia hæc penes nos ſunt. cit igitur in iis quæ fiunt, & conuenientem auctoribus eorum tribuit. Qui autem res s deſiderat, easque declinat: niſi etiam vo- s hominum ad ſuam opinionem conuerſas & diuitias & paupertatem, & valetudinem um, & vitam & mortem, & victorias & cla- ue etiam ventos, & pluuias, & grandinem, a quæ in ſublimi fiunt, & fatum vniuerſum: n in has appetitiones & declinationes pro- t neceſſario, multis appetitionibus fruſtra multa aduerſa incidit. Proinde etiam mo- t omnia, & culpat auctores, & vitam agit cũ m & ærumnoſam, tum irreligioſam & im- uerſus Deum, vt omnibus modis ſit infelix.

Aut Deum eſſe te, aut Dei decretis parere, aut ringi eſt neceſſe.

s autẽ pietatis aduerſus deos pręcipuis cau- rtiſſima de eis ſcientia, vt vltro pareamus & s eorum actionibus, & acquieſcamus in iis, ab optimo conſilio proficiſcantur: & de- to, non poſſe hoc eos facere, qui bonum & in voluntate noſtra non collocent, ſed in re- rnis: ordine ſubiungit honores, qui ob res s Deo tribuuntur, quorum legitimos & vſu s Deus vtique hominibus oſtendit, vt hiſto- rant: vt & nos per eos neceſſitudine cum ngamur, & externæ res per oblationes fru- ſtratione diuina, & vberes naſcantur, & ſibus accommodatæ.

1. Ceremoniarũ cauſa.

Vt enim animum, auctor eſt, ei dedicamus & conſecramus, re- lo illum, tum vera de illo cogitatione, tum uræ conſentanea: ſic poſt eam, corpus etiam datum decet ei cõſecrari, a maculis tam con- quam latentibus repurgatum. Animus au- quas dixi rationibus repurgatus, repurgato ento, veſtimentis etiam quam puriſſimis rnarum quoque rerum, quas Deus dederit, s offerto. Nam ius faſque poſtulat, iis offerri

Omnia noſtra Deo cõſecranda.

primitias,qui dederunt: non quod his ege
(neque enim probitate noſtra eget, neque r
ſe opinionibus)ſed nos per hæc,pro ea menſ
nobis conuenit, illuſtrationis diuinæ facti c
Deum ſuſcipimus,ſi digni ſimus Sic externa
iam oblatæ & dedicatæ, ex vitæ ratione pur
Sacrorum miracula. uenienti modo illuſtrationis diuinæ fiunt
participes,ita vt diuina cõſpiciatur efficacita
& epilepſia ſe quiſpiam horum munere lib
oſtendit, perq; hæc & fluctus maris ſedauit:
ea ſancte offerunt, ob affectionem quam ei
habent,ipſi quoque diuinæ fiunt illuſtratio
ticipes,præterquam quod & iuſti & grati ani
gitur munere is, qui illa iis qui dederunt, c
Vtopia lex: Ne ſua cuiquam religio fraudi ſit. conſecrat. Quod vero dixi, per exiguas iſtas
tias totum genus illud dedicatur & cõſecrat
& conuenientem ipſius Dei opem conſequit
vero,inquit,patrio ritu fieri debent a ſinguli
Deus ſimul & vbique præſto eſt ſemper,cum
bus ſuis diuinis copiis. Cũ autem multa ſin
producta, nos qui vna diſtincta ſpecie con
humana, & pro humana forma, vnum gen
nunc, & vnam ætatis degendæ rationem ſo
in exigua parte vniuerſi & terræ adeo ipſius c
ti ſimus: alius alio Dei beneficio fruimur, a
Varietas vt locorum & temporum, ſic etiam religionum. temporibus & locis. Vides enim,cum aliis c
aliis eſſe noctẽ: cum alibi hiems, alibi æſtate
alias naſci & ſtirpes & animantes.in aliis loci
cum & terra,& quæ in ea ſunt, diuina benefi
uerſis percipiant modis. Singuli igitur partin
na patefactione, partim experientia edocti, d
vt locis & vitæ generibus, ſic etiam tempori
modis, victimarum item & oblationum va
numen placant. Ac cum diuina feſta rite cel
tur,ſtatis diebus euidens efficacia diuinæ illu
onis conſpicitur: quod alias nullo modo fit.
& ægroti curantur, & vtilia quædam prædici
Tanti intereſt diſcrimen temporum ad diu
neceſſitudinem, itemque locorum & dictorur

ctori

nque & oblationum accommodatio. Iubet omnia,quæ ad diuinum cultum pertineant, e facere,& non ſordide. Nam ab impuro pura i nefas eſt: purumque & ſincerum, ſi quid ei rinum admiſceatur,eo pollui ſolet. Neq; igi- dide quicquam faciendum, neq; negligenter gnauiam, quicquam factu neceſſarium aut mittendum, aut confundendum, aut per- idum. Sicut enim,ſi elemēta ſermoni ſubtra- t immutes, non manet eadem forma ſermo- : etiam diuinorum operum & ſermonum, ſi ut deeſt,aut immutatum eſt,aut perturbatū, itio diuina tollitur, & eorum quæ geruntur ıanidam reddit eius qui illa gerit, ſocordia: .d complementum & perfectionem cætero- xcitata cum ſcientia alacritas,multum valet. ero ſe in Dei cultu negligentem & ſocordem t, qua in re ſit ad officium fungendum exci- *Moderatio diuini cultus.*

At neque irreligioſe,inquit,eſt accedendum: : abſq; veneratione. Quanto enim religioſio- ſanctiores res diuinæ habentur: tanto magis quidem tales,percipimus. Nam & ipſi cultui iis pro virili nos ſubmittimus, & in eo veluti eſcimus. Cum autem dixiſſet,non eſſe negli- faciendum: veritus videtur,ne quis dicere ſe t,etiam ſupra vires iſta eſſe facienda. Vbi vero s eſſet optimus, ſi diuinis in rebus non eſſet: mnia moderantur, optimisq; terminis defi- ? Deinde nihil æque diuina continet opera, .n iis perennis æqualitas conſeruetur:& quo- ſ fieri poteſt, neque dicto, neque facto quic- immutetur. Neque vero fieri poteſt,vt ſupra æpe facias. Videntur autem ii qui in res diui- ofuſi ſunt,ſimul & Deū corruptelæ cōdemna- gnorare quem vſum iſta in diuino cultu habe- um primitiæ ſint eorum quæ diuinitus acce- us. Ego igitur mirabilem hunc virū ſecutus, rili hunc quoq; ſermonem declaraui.Sed quia ſ huius initio, tres de Diis quæſtiones com- *Veneratio.* *Modus rebus diuinis in primis adhibendus.*

pendio perſtrinxit, quæ ante omnem legum
nem, morumque diſciplinam certæ comper
habendæ ſunt, Deos & eſſe, & prouidere, & be
ſteque adminiſtrare omnia: nihil vetat obi
tunos quoſdam homines, demonſtrationes
cere quæſtionibus. Natura enim non homine
do, ſed & brutæ animantes & ſtirpes & lapi
denique omnia quæ ſunt, pro ſua quodque vi
numen reſpiciunt. Homines vero præter id
rentibus etiam ſtatim a puero ad pietatem a
unt, & communes hominum ſequuntur no
Omnes enim homines, tam Barbari quam
tum infinito ſuperiori tempore, tum nunc,
uis alii aliis rationibus, Deũ eſſe cenſent, Acr
tis exceptis: quos narrat Theophraſtus, cum
colerent numen, ſubito vniuerſos a terra abſ
eſſe: & ſi quis forte alius vnus atque alter, ab
æuo, talis fuiſſe perhibetur. Fit autem, vt q
eo quod abſque demonſtratione credunt,
bonos viros eſſe miſeros, beatos & felices im
vident, parum curent inſitas a natura ipſa
nes, & non aduerſentur Tragœdiæ dicenti,

Demonſtrationes de Deo.

Eſſe Deum, cōſenſus humani generis confirmat.

Acrothoitæ.

Dei prouidentiam rerum humanarum confuſio tollere videtur.

„ *Deos non eſſe, dicere an non audeam,*
„ *Res improborum tam ſecundas intuens?*

Rectum igitur fuerit, hos vel Epicteto obtem
tes, non in rebus externis, ſed in noſtra po
ſitis, bona & mala noſtra collocare. Sic enim
cum bono viro vnquam male agetur, nequ
improbus erit beatus. Nos quoque nudas i
Deo notiones demonſtratione firmare pro vi
nabimur. Eſt aut conſiderationis huius initi
quid Dei nomen ſignificet videamus. Sciendu
tur, Græcis θεὸς, quos Latini literis nonnihi
mutatis Deos vocant quæ in cœlo circumag
ſtellas, a curſu & motus celeritate (θεῖν enim
re ſignificat) appellaſſe. Poſt autem ad incor
quoque naturas, rerum cauſas, & ad vnicum
um principium & cauſam, id nomen tranſtuli
id

Felicitas in animo ſita inuiolabilis.

1. Etymologia Dei.

2. Definitio Dei.

nificet principium rerum, & cauſam mente ehendendam, primam omnium atque prin- Quæ enim fiunt, aut caſu atq; fortuito fiunt ,aut ex antegreſſis cauſis oriuntur. Enimue- d caſu & fortuito fit, neque cauſam effectri- efinitam, neque certum finem propoſitum quo referatur. Nam alioqui non caſu, ſed ex eſſa cauſa exſtitiſſet, atque ad finem aliquem tur. Neque vero eorum quæ temere ac for- iunt ortus, certum ordinem & conſecutio- erpetuam ſeruat. Ea vero quæ natura & con- runtur, & ordinem ſeruant, & ad finem cer- feruntur. Agricola certe quidem & ſerit & t eo fine, vt aliquid naſcatur, & animantium ſſus procreationem ſobolis ſpectat: & certa certus ordo ab initio ad finem vſque procre- ſeruatur, aliis in initio, aliis medio, aliis in fi- i ordine conſequentibus. Nam in plantis qui- men in terram cõiectum & irrigatum aqua, agit & germina primum, mox culmum pro- ut ramos alit, cæteraque ordine vſque ad fru- & maturitatem. In animalibus autem ſemen uo ſanguine perfuſum extenditur & infor- , dum fœtus fiat, qui eo vſque alitur & perfi- donec ſuo tempore in lucem edatur. Atq; hic ordo atque progreſſio perpetuo conſeruatur. ſi ea quæ natura conſilioque fiunt, & cauſam tam habent, & eorum auctor certum ſibi finẽ nit, & progreſſione atq; ordine eodem perpe- s abſoluuntur: vtiq; colligitur, ea quæ natura oque in mundo fiant, ac pręcipue ſpectentur, aſu & temere fieri, ſed cauſis antegreſſis. O- igitur cauſas eorum quæ oriuntur, ante s eſſe. Quæ ſi ortæ ſunt, neceſſe eſt eorum etiã eſſe cauſas priores, donec ad eas peruentum , quæ nullum habeant ortum: quæ non iam x eorum numero quæ oriuntur, ſed quæ res tentes dicuntur rectius, cum omni prorſus or- eant, quippe quæ cauſam cur ſint, nõ aliunde,

3. *Caſus & Fortunæ refutatio.*

Rerum naſcentium rectus ordo.

Ad vnam tandem primam cauſam veniendum.

ſed in ſemetipſis habeant. Itaque primæ cauſ tusq; expertes, aut per ſe ſubſiſtunt, aut his ſun ſtantiores : vt in progeſſu orationis oſtendetu inde etiam a motione aſcendendo, primas m tes cauſas inueniemus aut per ſe mobiles eſſe immobiles. Quod enim ſuo motu non ciet alio quopiam cietur, atque id ipſum rurſus ab fitque ſic progreſſio infinita, quam rerum n reſpuit. Nihil enim iſta ratione futurum eſt, vel moueat vel moueatur, ni ſit principium m Aut neceſſe eſt, id quod primum alieno cietu tu, ab eo cieri quod vel per ſeſe mouetur, vel eſt immobile. At vero quod ab omni motu ali eſt, magis ſiſtit & compingit, & ſingulis re confert, vt in eodem ſtatu permaneant, nec ir tentur. Neceſſe igitur eſt, per ſe mobile id eſſe, primũ mouet ea quæ aliunde cientur. Ea vero quæ oriuntur & occidunt, quæ augentur & i untur, quæ mutantur qualitatibus, quæ ab al cis in alia loca tranſeunt. Neque enim id qu tur, oriri a ſe ipſo poteſt (ſic enim eſſet, ante eſſet) neque id quod augeſcit, a ſe ipſo augetu acceſſione aliqua facta. neq; quod fit aliud a fit aliud, neq; etiam locum ſua ſponte mutat. enim ea quæ his, quos expoſui, modis mut corpora ſint: ea per ſe non poſſe moueri con Oportet igitur proximas iis, quæ oriuntur & de mouentur cauſas, per ſe eſſe mobiles. Na niuerſa ſtare fingas, non aliunde orietur m niſi a per ſeſe mobili. Nam quod immobile dem ſemper modo ſe habet: & quod aliund uetur, mouentis exſpectat facultatem. Pr principia ſimplicia quoque eſſe oportet. Com enim e ſimplicibus conſtant: itaque ab ipſa comparatum eſt, vt ſimplicia compoſitis a dant. Videamus igitur inferne aſcendendo, cinis auſpicando, vt quæratur, an corpora pri eſſe, & talia eſſe poſſint, qualia prima princip oportere ſtatuimus: an vero per ſeſe neque

A mobilib. & mouentibus ad immobile aſcẽdendum.

Id quod primũ mouet, per ſe mobile eſt.

Mobilis.

Motionis principium non eſſe poſſe corporeum.

ıeque moueri poſſint, mobilia iſta corpora.
enim eſt per ſe mobile, aut parte mouẽs, par- *αὐτοκίνητα.*
iendum, dicitur per ſe mobile, aut totum
n moueas,& a ſe ipſo mobile. Verum ſi par-
iet,parte mouetur: de mouente parte rurſus
ſt quærendum, vtrum per ſe mobilis ea ſit:
ı aliunde moueatur, moueat? Quod ſi hoc:
nfinitum progrediemur, aut per ſe mobile
nus primum illud, vt quod totum & moue-
oueatur. Eadem & de iis dicenda ſunt,quæ *αὐθυπόστατα.*
ſubſiſtunt. Neceſſe enim eſt primum illud
rie per ſeſe ſubſiſtens,eiuſmodi eſſe,quod to-
ſubſiſtere faciat,& ſubſiſtat. Quod vero nul- *ἀμερῆ καὶ ἀδιάστατα.*
ſt, in id mox etiam neceſſe eſt neque partiti-
neque diſiunctionem cadere. Nam ſi diuidi
ungi queat,nō poteſt totum ſecum ipſo con-
vt totum ſit mouens, Idemq; totum id quod
ur, aut totum id quod cōſtituat, & totum id
onſtituatur. Sed ne ſimplicia quidẽ eſſe poſ- *πρωτουργὰ εἴδη.*
rpora,quæ ſubiecto aliquo conſtãt,& forma,
tis quibus complectantur rebus,magnitudine,
colore & ſimilibus, quæ nō ſunt primæ & ef-
es ſpecies,ſed participationes earum ſpecierũ
iecto aliquo informi, ꝙ participat, exſiſtẽtes.
im primogeniæ formæ ſunt:vnumquodq; id
eſt quod eſt,nec eget ſocietate informis alicu-
i vero participatio eſt a primogeniis,omnino
eſſe oportet quod participat,cũ per ſe informe
tur ſi principia incorporea & indiuulſa ſunt &
cia,& per ſe efficacia & ꝑ ſe mobilia & ſubſiſtẽ-
it aliquid hiſce præſtantius corpora vero talia *Animam*
on poſſunt,corpora principia non eſſe conſtat. *eſſe primum*
ergo eſt per ſe mobile, quod eſſe corporũ dici- *mouens.*
quæ alieno cientur motu,atq; principii habere
is collata rationem? An hoc id eſt ꝙ intrinſe-
ouet? At ſi & ipſum ab alio moueretur,nō id
moueri diceremus,ſed extrinſecus, veluti cor-
Nam proprie mouens eſt primũ mouẽs: veluti
nu & baculo moueam lapidẽ, ego ſum proprie

is qui mouet. Quid ergo eſt quod corpora int cus moueat? Quid aliud, niſi id quod animan mus? Nam quod eſt animatum, intrinſecus n tur: & quod intrinſecus mouetur, animatun mus. Quod ſi anima eſt quæ intrinſecus m corpora, quod vero corpora intrinſecus mou ſe mobile eſt: anima per ſe mobilis, erit princ & cauſa eorum quæ oriuntur & mouentur, hc que rationes in ſeſe continens ſecundum qı fiunt quæ fiunt, & mouentur quæ mouentur. enim primariæ ſunt in corporibus formæ, ſed quod per ſe mobile eſt, proxime conſtituunti mirum cuiuſque ſpeciei corporum, atque ad rum quæ orta ſunt, primarium principium : eſt, atque illa ſunt ſinceriora & puriora. Vt vno rem exemplo declaremus, pulcritudo cc in carnibus ſita eſt, & iis quibus expletur corp que abſoluitur, ſi ita cadat, animalium: quæ quantum fieri poteſt exornet, & ipſam defoı tis eorum partem capiat, & in eam demergatı nimi vero pulcritudo his ſoluta omnibus, ne imago pulcritudinis, ſed ipſa pulcritudo, rati eſt, non alibi quidem pulcra, alibi vero non p ſed tota & penitus pulcra. Quare etiam cum vel ſuam, vel alterius animæ pulcritudinem p xerit, pulcritudinem corporis aſpernatur & de ad illam alteram inclinata. Sic etiam aliarui marum quælibet primaria & ſincera eſt in a Conſtat autem, vt corpora, ſic etiam animas di, quæ ſua corpora mouent: aliæque ſunt cc um, aliæ ſublunarium. Abſurdum enim eſt deteriora corpora ſint animata & viuant: pr tiora carere anima atque vita. Eſt etiam anim ratio quædam inter ſeſe, quemadmodum & c rum. Cœleſtes enim animæ earum cauſæ ſun infra lunam ſunt: ac reuera magnificum qui & pretioſum eſt anima, præſertim cœleſtis, principii rationem accommodata, neq; tame mi. Quod .n. per ſe & mouetur & ſubſiſtit, qu:

Pulcritudo corporis & animi.

Animæ cœleſtes, ſublunares.

Anima cœleſtis principium quidẽ, ſed non primum.

ii

: alieno motu cientur, & aliunde exiſt...
duplicem tamen rationem habent, mou...
mobilis, efficientis & effecti. Oportet au...
x antecedere compoſito, & vnum prius eſſe
s. Præterea quod per ſe mobile eſt, a ſe ip...
ſed mouetur tamen & mutatur, licet non eſ-
ratione, ſed ſecundum actiones: ac non cor-
mouetur motionibus (nam quod ad illas at-
mmobile eſt) ſed animalibus: quarum no-
unt, conſiderare, deliberare, cogitare, opina-
bus ipſa cum moueatur, corpora mouet cor-
motionibus. Omnino autem ante id quod
que mutatur, eſſe oportet id quod nullo
mutetur, vt & id quod mutatur, mutabi-
eat. Motio enim atque mutatio & cœleſti-
ſublunaribus inanimatis præſto eſt, mouente
prima. Quod vero ſemper eadem ratione,
iq; modo, & circa eadem, & vna ratione vnoq;
: ſunt, cœleſtibus vnde contigit? Vnde autem
naribus etiam contingit, ab iiſdem perpetuus
em veluti in orbem reditus? Elementorum
x animantium & ſtirpium, etiamſi numero
ermanent, eadem in orbem redeuntia tan-
cœleſtia: ſpecie tamen in eadem reſtituun-
am ex igne aer, & ex aere aqua, & rurſus ignis:
er, æſtas, & autumnus, & hyems, rurſusq; ver:
umento culmus, & herba, & ſpica, & rurſus
entum: & ab homine ſemen & menſtruum, &
s homo. Vnde igitur iſta ad idem reuerſio? Nã
notus diſcrimen diuerſitatemque efficit. Non
im quin ab immobili aliqua & prorſus immu-
cauſa, cuius vna eademque ratio perpetuo eſt.
ei quod alias celeriter cogitat aut facit, alias
rnas habet actiones, id antecedere neceſſe eſt,
l vno eodemque modo perpetuo ſe habeat, &
diuiſionis & motionis experte agat omnia.
nto enim eo quod per ſeſe mouetur ſit præſtan-
liud, cuius non eſſentia modo eſt immutabilis,
potentia & actio, clarum eſt. Quod vero præ-

Conſentiã motionum & mutationum ab immobili eſſe cauſa, Deo.

Nihil Dei maieſtate vel dici vel cogitari dignum poteſt.

ſtantius, idem etiam eſſentiæ ratione prius c ceſſe eſt deterioribus: eſtque ad principia aſce do quærendum, poſſit ne aliquid eo eſſe pri præſtantius quod ſtatuimus? Quod ſi repertu erit: rurſus in illo quærendum, donec ad mas cogitationes peruenerimus, quibus ni ſtet excellentius, nec prius ab aſcenſu deſiſter Neque enim verendum, ne inanis ſit noſtr greſſio, maiora quædam, quæque prima pri excedant, de iis cogitando. Neque enim fieri vt tantum ſaltum faciamus cogitatione noſt æquemus primorum principiorum dignitate dicam ſuperemus. Vna enim hæc quæ ad De contentio, eſt optima: & omnis, quantum fi teſt, erroris expers. Cui cum eorum bonorur cogitatione perſequimur, honeſtiſſima & ſan ma, & primaria tam nomina quam res tribu illud perſuaſiſſimum habendum, nihil nos i gnum ipſo tribuiſſe. Sed ad veniam impetra illud nobis ſatis eſt: quod nihil ſuperius illis l mus. Oratione igitur a per ſe mobili ad immo progreſſa, & omnibus modis immutabilen ſam, quæ vno eodemq; modo ſemper ſe habe eſſentia quam viribus & actionibus, & in æte te collocatam, quæ tempus cum iis quæ mo produxit: multorum quoque principiorum ſunt in per ſe mobili magis principales cau immobili ſpectemus immobiles, æternas, pe & inter ſe copulatas, vt vnaquæque continea uerſas ob coniunctionem, ea diſcretione, qu mo & mente fit, impermiſta manente. Vnde eſt formarum, quæ in mundo ſunt diiudicat mundi opifex Deus pro cauſis in ipſo diſtinct non produxit? Neque tamen illic talis eſt prir lium formarum fingenda diiudicatio, qualis imaginum: neque animalium rationum diſ talis eſt, qualis corporum. Sed eiuſmodi qua octo cœlorum, quorum quodlibet, & quæ in fixa hærent ſiderum, totius cœli pars eſt, & qu

In vno Deo principia omnia ſpectanda.

oluta & integra, atque eſſentia integra præ-
isque peculiaribus prædita facultatibus &
us. Neque vero cœleſtes tantum, ſed ſublu-
am formæ quælibet perpetuæ ſunt: vt ho-
x equi, vt ficus & vitis. Integra ſunt enim
ingula, etſi non in indiuiduis, vt corpora
: at ratione formarum, quæ ſuis differentiis
nt mundum. Eodemque modo ſimplicio-

Formæ ſeu ſpecies caducarum etiã rerum ſunt æternæ.

am generum quodlibet formas conſtituen-
eluti eſſentia, motio, ſtatio, & ea quam
imitatis identitatem dicere liceat, quæ illis
eſt, diuerſitas, pulcritudo, veritas, concinni-
raque omnia quę ſunt in mundo corporeo,
quodque genere totum & perfectum eſt,
que habet differentias in ſeipſo. Multo vero
n anima vniuerſi integrum vnumquodque
is eſt, principium & cauſa corporearum re-
æ hic ſunt, per ſe mobilis, earum differentias
e in ſe complectens, & ad illam vt perfectio-
ſinceriorem & euidentiorem res terrenæ
ctæ, multoque magis horum primogeniæ
intelligentes & diuinæ. Ob vnionem enim
llis, vt dixi, eſt, nõ contactu aut continuitate
nperamento corporeo, ſed inſeparabilium &
ibilium formarum copulatione & vnione,
n quodque perfectionem habet, vt imper-
naneat diſcretio: & vnum quodque princi-
ſt, & primaria effectio ſuæ formæ vſq; ad ex-
s. Multa vero illa principia rerum omnium
principio ſortita ſunt principii dignitatem.
nte multa illa, cauſam, ob quam & multo-
uodlibet vnum eſt, non tamen tale quale id
od multis antecedit, eſſe neceſſe eſt. Nam vnũ
ltis pars eſt multorum, viciſſimque ſimplici-
vnius ſuſcipit. Id vero vnum, quod multis
edit, multorumque cauſa eſt, multa in ſeipſo
ontinet, cũ vna communione ſit omnia ante
a, cauſa cauſarum, & principiũ principiorum,
us deorum, ſicut ab omnibus naturæ ipſius

os addicamus, ſed eum vincere velimus qui x ea quæ fiunt, ita fieri vt fiunt: hoc eſt, vt etitionem nec declinationem ad illa afferat quæ res externæ ſint. Itaque vultus ea con-eſſe debet, quæ nec odioſa ſit, & grauitatem ſuauitate temperatam, vt neque acclames, iſſurgas victoribus, nec effuſe rideas ob ridi-cta, ſed alios cum iudicio laudes, alios leni-lendo probes. Cum autem a ſpectaculo diſ-fuerit, ne multa, inquit, de iis quæ accide-erba facito, cum ad emendationem tui nihil. Neque enim ita erudiunt ea quæ ibi fiunt, io numero eſſe debeant. Aut igitur ſic acci-verba ſunt, QVAE NON FACIVNT AD TVI CTIONEM: quaſi ad omnia ea pertineant, ſpectaculi euentu dicimus, aut ſi certam ali-orum quæ dicuntur partem intelligit, for-adet, ea ſolum dicenda, quæ ad noſtram ationem faciant. Cuiuſmodi fuerint ea, quæ s motus parum decoros in ſpectaculo coar-

Multa vero verba de ſpectaculi euentis, ar-itum euidens fuerint, te ſpectaculum illud, ficum & admirabile quiddam iudicare: id ine plebeio affectu fieri non poteſt.

EPICTETVS.

D recitationes ne veni, neque facile accede: ſin acceſſeris, grauitatem & conſtantiam tuere: & caue, ne cui ſis moleſtus.

SIMPLICIVS.

Poſt ſpectacula de recitationibus diſſerit, quas nes eloquentiæ & poeticæ ſtudioſi, oſtentan-cundiæ ergo ſuſcipiunt, alias potentes aliquos ndo, alias vrbium inſtituta narrando, aut loca ibendo, aut forenſes quæſtiones tractando, aut e quippiam. Negat igitur ad has, vt oſtentati-omparatas, & res externas ſpectantes, facile ac-

cedēdum,& ſine ratione acceſſum permitten
id fiat ob amicitiam declamātis, ſiue ob pote
eius qui laudatur, ſiue obſequii alicuius & re
conſuetudinis cauſa, cuius ſæpe magnus vſu
eos mitigandos, qui iis inuident, qui a po
conſuetudine recedere volunt. Sin autem, i
ad recitationem acceſſeris, grauitatem, con
am & facilitatem conſerua: grauitatem, vt t
ſtiue & modice laudes: conſtantiam, ne perti
mouearis, neque acclames, aut quicquam i
tune interloquaris, ſed eodem habitu mod
corporis & morum conſerues. Facilitatem,
trico ſis vultu, quaſi aliis curis intentus:
vltra quam ſatis eſt taceas, ſed modice laudes
onem: nec acerbe iudices, aut redarguas, vt a
ſam, aut inconcinnam, aut infantem. Illud
plane facilitatis eſt & benignitatis, ſi & orat
cte dicenti, & ei qui vere meritoque laudatu
tulari videaris.

EPICTETVS.

*CVm aliquid negotii tibi futurum eſt cum a
ex proceribus præſertim: ipſe tibi proponit
in ea re facturus fuiſſet Socrates, aut Zenon. I
vt te ratio non deficiat, qua id quod obiectum
recte adminiſtres.*

SIMPLICIVS.

Qui ad ſemetipſos conuertuntur, & ſibi
volunt, haud fere magnates accedere conſueu
Quare Socratis exemplum nobis proponit,
nonis: in quos intuentes, rationem viſuri ſ
Quomodo magnates adeundi. qua illi nobis ſint adeundi. Cogitandum i
quo pacto Socrates & Zeno cum talibus con
eſſent, non ficte, non ſimulate: ſed pro ſuæ
ratione cordatam magnitudinem animi præ
rentes, ab omni deſpicientia & arrogantia pu
non humiles & abiecti ob faſtigium digni

iperbe illos contemnentes. Eiuſdem moris idulari ijs, nec contumelioſe illos arguere: recte facta modice collaudare, & inde durdium, ſicut medici acerba medicamina pe prælinunt, actum demum eorum quæ n fiunt, non acerbum inſectatorem ſe præd correctorem ſolicitum, & ægre ferentem, is actiones paucis interdum delictis quaſi inari. Ac mea quidem ſententia Socrates, ſimiles, omnino demonſtrarunt, quā mulint, nequaquam expetenda principatus & erū humanarum: & vnum in iis expeten-, benefaciendi facultatem: quam qui neeos & mala illius rei experiri, & bono fraunſtat autem Socratis & Zenonis exemplum gendum: ſed ſuæ cuique vitæ modum eſſe andum, eique conſentanea vltro & ſponte adhibenda. Cuiuſmodi enim eſt, eum qui t, vt proficiat, & adhuc Epicteti puerili inſtiindigeat, Socratis aut Zenonis vti ſermoniuo pacto is deriſum vitabit? Nam Antigoi poſt Alexandrum in Syria regnauit, dixiſſe Nunquam ſe angi & æſtuare ſolitum, quod iſi quando cum Zenone congrederetur. Altos ille alios philoſophos adierat. Ab hoc ictetus officia in congreſſibus ſeruanda traiis auſpicatus, quæ ad principes & potentes nt.

In poteſtate nihil ineſſe quod expetas, præter vnam benefaciendi facultatem.

κακοζηλία vitanda.

Antigonus de Zenone.

EPICTETVS.

n ad magnatum aliquem iturus es proponito bi, fore vt eū domi non inuenias, vt incluſus ſit, ludantur tibi fores, vt ille te negligat. Quod ſi tu venire decuerit, ea feras quæ fiunt: neq; ipſe m tecum dicas, non fuiſſe tanti. Id enim plebeiū eius qui res externas calumnietur.

SIMPLICIVS.

m fere dicit quod ſupra: Rem aliquā aggreſ-

ſurus, commonefac teipſum, & reliqua.
quidem ad lauationem oratio deducitur:
maius exemplum proponitur, congreſſus
tum. Illic orationis exitus fuit, contemn
eſſe quæ fiant, & ſuum inſtitutum naturæ
taneum tuendum: hic vero, maturo conſi
uidendum, nec oſcitanter, ſed proxime ve
proponendas eſſe impendentes moleſtias. S
enim profectione ad principem, ſecutis iis q
ſunt, valde nos facti pœnitet, & ea nobis a
indignamur, vel quia principio non recte co
mus, vel quia ſupra quam decet, euentis illi
perturbati. Vtrunq; autem plebeium eſt, &
qui rebus externis non recte vtuntur, neq
eorum natura fert, ſed eas magnifacientium
cutus autem prius de acceſſu magnatum fa
quo pacto cum eis agendum ſit, more Socr
Zenonio ſcilicet: nunc de iis qui aſperius
dent, dicere inſtituit, quo pacto & ad eoru
greſſum paratus eſſe debeas: primum, niſi
tas aliqua coegerit, eſſe prætermittendum.
neceſſarium & conſultum eſſe videatur, etia
leſtiis illis propoſitis accedere: ferenda eſſe
ciderint, ſine pœnitentia.

EPICTETVS.

IN familiaribus congreſſibus abſit facinor
periculorum tuorum prolixa & immodica
moratio. Nec enim, vt tibi iucundum eſt tuoru
taminum meminiſſe: ſic & aliis ſuaue eſt, ea
acciderunt, audire. Abſit illud etiam, ne riſu
ueas. Nam is eiuſmodi locus eſt, e quo procliu
plebeium morem lapſus: eamq; vim habet, vt
ſeruantiam facile apud familiares diminuat.
loſum eſt etiam, ad orationis obſcœnitatem pr
Cum igitur tale quippiam inciderit, aut (ſi ſ
portunitas) obiurgabis eum, qui ſermonem ill

ut taciturnitate ſaltem, & rubore vultuq;
am orationem tibi diſplicuiſſe.

SIMPLICIVS.

ongreſſum cum magnatibus, de congreſſu
im agit: quo modo & in eo gerere te debe-
quibus cum viuas, neque moleſtus, neque
ui ſis: ſed potius pro virili commodes.
ı facinora aut pericula non prolixe atque
:e commemorare, faſtidium tollit. (Mole- *περιαυτολογία moleſta.*
ferunt homines, eos qui ſeſe laudant, quaſi
s iiſdem accuſentur, & per collationem
ıfficiantur) ſimul etiam ea res foras pro-
m animum & gloriæ cupidum contrahit,
oſum quiddam præ ſe fert. Cum autem
:erit, non eſſe cuiquam ob multa ridendũ, *γελωτοποιοὶ parum habent auctoritatis.*
ſum multum eſſe oportere, neque effuſum:
is riſum mouere vetat, cauſa adiecta: eum
ſſe lubricum, vt facile ad plebeios mores
s. Nam ſi ea dicas, quę plebeculæ riſum mo-
indicio eſt, ea grata illi eſſe, & apta plebeiis
s. Æque igitur, aut magis etiam eum qui
ıouet, idiotam iudicant: vt ſi prius eum re-
:erint: ſatis hoc ad obſeruantiam eius ex-
dam virium habeat. Sunt tamen & ex iis
dentes habentur, qui riſum moueant, vt fa-
:pidi habeantur. Iam eum qui vtcunq; pro-
ab obſcœnis verbis ſibi temperaturum, in *Obſcœnitas cauenda.*
ı eſt: ac ne alios quidem ferendos, ſi vitare
nonet: ſed ita, ſi tempus ferat: hoc eſt, ſi ado-
eo prouectus fuerit, non inuerecundus neq;
; & dignitate inflatus. Quem & increpabis,
. Neque enim vel ipſi turpiloquo, vel iis qui
ıt, videberis arrogans. Sin natu grandior &
ıs fuerit, & ob diuitias elatus, aut dignita-
ncrepare quidem graue fuerit, & præter ina-
peram & odium ac ſimultatem: ridicula etiã
ns illa videbitur. Quid tum ergo faciendum?
o, inquit, moleſtiam præ te ferto. Ac obſerua,

vt modum conuenientem, adhibito diſcrimi
ſeruarit. Nam de gladiatoriis aut Circenſibu
itemque de epulis & potionibus cum verba
aut cum homines laudantur aut vituperãtu
poteſt, inquit, alio traduc ſermones eorum
vero, ſi tempeſtiuum fuerit, etiam obiurgare
Atque illic ſi traduci non poſſint ſermones,
inquit: hic moleſtiam præ te ferto.

EPICTETVS.

SI voluptatis alicuius imaginem animo c
ris, moderare tibi, ne ab ea mouearis: ſed
examina, & tibi ipſe deliberandi præbe ſpatiun
inde vtriuſque temporis memento, tum eius
luptate perfrueris, tum eius quo percepta ian
ptate dolebis, teq; ipſe obiurgabis, atq; his illa
Si abſtinueris, fore vt gaudeas, teque ipſe coll
Quod ſi tibi ſuſcipiendæ rei videbitur eſſe tempt
ne te vincant eius blanditiæ, & ſuauitates, &
bræ: ſed illud oppone, quanto præſtantior ſit t
ctoriæ conſcientia.

SIMPLICIVS.

Voluptatẽ, quia pernitioſa eſt, breuem Deus fecit.

Voluptas corporis nocentiſſima eſt anime
libet enim, quaſi clauis aliquibus affligit ani
eaque de cauſa Deus eam fecit breuem. Na
cibis & potionibus tamdiu voluptas durat,
diu in ore eas ſenſerimus: cum vero deglu
mus, prorſus interit, & in coitu ipſo tãtum a
tempore ſentitur voluptas: quæ cum præteri
inde eſt ac ſi nulla fuiſſet. Ac in ſenſu eſſe vol
conſtat. Quod enim non ſentit, etiam volupt.
ret omnino. Sed & externarum rerum oble
nes, vti veſtium, ornamentorum, pecuniæ, i
menti domeſtici, parum & ipſæ durant. E
enim adeptione exhilarati, vbi eis aſſueuer
voluptatem porro nullam ſentimus. Sin eæ
eripiantur, dolor vehemẽs ſuccedit, voluptate
to

pilior Ita voluptas vbi per exiguum tempus maximeque corporis, abit, noxa ſua modis s animo relicta, interdum vero etiam cor- auitas illa exceſſerit modum. At continen- *Continētia voluptas durabilis,* ptatum, durabilē affert & corpori & animo m, & aliud voluptatis genus parit cum ipſa coniunctum, & innoxium & perpetuum. s ita expoſitis, videamus quid dicat Epicte- um voluptatis, inquit, alicuius imaginem onceperis, vt in aliis, veluti diuitiis, princi- at ſimilibus rebus externis, ita & in hac, ac tiam, ſtatim ipſe te cuſtodi, ne viſum illud nago ad rem ipſam te impellat, ſed ea qui- liſper exſpectet: tu vero ſpatio impetrato, & animaduerſione excitata, tempus con-, tum ſuauitatis illud breuiſſimum, tum ſe- a noxæ diuturnum & pœnitentiæ plenum, pſe te victum accuſabis. His etiam illud confer, quo, ſi te continueris, & diuturnam em, & ſynceram voluptatem percipies, teip- audaturus & approbaturus. Nam ſi eius im- repreſſeris: facile conquieſcet appetitus, ulentæ victoriæ verecundia. Quod ſi iterum erum feceris: ita deprimetur, vt moleſtus inat. Quamobrem ſi voluptas ſtatim poſt ſinit, ac tū nihil inter eum intereſt qui eam t, & eum qui non percepit, excepta cogita- uauitatis, nihil habet voluptas magni æſti- m: idque declarat eorum memoria, quibus is fruimur, quæ obſcurum habet volupta- igium. Sed quia interdum voluptatibus llis recte frui poſſumus, cuiuſmodi eſt con- *Modus fruendæ voluptatis.* nis appetitus procreandi cauſa, aut balnei orem: cum, inquit, occaſio fuerit huiuſcemo- ius operis attingendi, vide ne te ſuauitas il- que illecebræ decipiant, vt tui oblitus totum ptati tradas, ſed eo tempore contentionem, quanto pulcrius ſit vincere voluptatem, ab ea vinci. Tanto nimirum, quāto pulcrius

eſt imperare brutis affectibus quam ſeruire, minem eſſe quam beſtiam.

EPICTETVS.

Cum facis aliquid, quod faciendum eſſe ſt. nunquam recuſes inter id agendum conſp metſi futurum eſt, vt vulgus de eo ſecus iudice ſi perperã facis, rem ipſam fuge. Sin recte, quid reris, qui non recte reprehendunt?

SIMPLICIVS.

Bonæ res propter ſeſe, non ob adiunctam gloriam repetendæ.

Vehementer in eo elaborat, vt bonum ipſum quod bonum ſit, amplectamur, non propter popularem opinionem. Nam qui p hanc aliquid expetit: in ea ipſa bonum collc in illo. Quamobrem ſi quis recte perſpexit, non eſſe faciendum: ipſa res eo fugienda e non bona. Sin aliquid bono conſilio fecit: r non debet propter eos, qui factum id perpe prehendunt, quo minus palam id agat. Fit e vero bono (id enim eſt, quod recte bonum tur) non bonum, ſed malum, vt eſt mend præferatur. Talis enim eſt vulgi non rect quod fit opinio. Præterea fit, vt quod recta ra num iudicauit, malum putetur & fugiatur. enim fugiendum, malum. Fit & illud vt ipſo & a rebus diſcedit, ad vulgi opiniones tur, atque ibi bonum & malum quærat, ite rum & mendacium.

EPICTETVS.

Vt hoc pronuntiatum, Dies eſt: &, Nox e gnam habet in ſeiunctione vim: in com ne vero prorſus nihil valet. Sic maxima qua quæ appoſita ſunt, arripere, vt reſpectu corpor gni eſt momenti: ita ſi communitas conuiuii ſp magnum habebit, niſi caueris, dedecus. Cu conuiua es alicuius: memento, eorum quæ

tium,quod ad corpus attinet, conſiderandum & eam quæ conuiuatori debetur,reuerentiam ſeruandam.

SIMPLICIVS.

S logiſmi hypothetici,in quibus enucleandis laborarũt,partim ſunt diſiuncti,partim coniuecomplexi. Diſiuncti, in quibus cum eſt unum,nullo modo alterum eſſe poteſt: & cum alterum non eſt, vtique eſt alterum. vt cum dico: Aut dies,aut nox eſt. Atqui nox eſt. Dies ergo non eſt. cum alterum ſtatuitur, alterum vtique tollitur. alterius vero negatione,alterum affirmatur, vt cum dico: Atqui dies non eſt,Nox igitur eſt. Atqui nox non eſt, Dies ergo eſt. Ac tale quidem eſt diſiunctum,in quo hæc verba, Aut dies eſt,aut nox eſt, axiomatis loco,hoc eſt,tanquam euidens & ſecundum communes notiones verum adhibetur. Quæ axiomata vocabant Stoici. Copulatum autem, cum duobus inter ſeſe ita complexis, vt alterum antecedat,alterum conſequatur: affirmatione antecedentis ſequitur conſequens, negatione conſequentis vna tollitur antecedens. veluti cum hæc copulantur: Si dies eſt, nox non eſt. nam dies eſt, vere antecedit: illud ſequitur, Si dies ſit, noctem non eſſe. In copulato igitur affirmatione antecedentis affirmatur conſequens: Atqui dies eſt, nox igitur non eſt. Negatione vero conſequentis tollitur etiam antecedens: Atqui non nox non eſt, ſed eſt ſcilicet, Dies igitur eſt (nam duæ negationes, vnam conſtituunt affirmationem) Dies non eſt. Ac tale quidem eſt complexum, ſiue copulatum. Iam autem Epicteti verba videamus: Aut dies eſt,aut nox eſt, in ſyllogiſmo diſiuncto, vt pronuntiatum certum adhibetur: in copulato non item. Nam quod ibi adhibetur pronuntiatũ, complexum eſt, Si dies eſt,nox non eſt. Sicut igitur in illo, Aut dies aut nox eſt: in ſeiunctione magnam vim habet, in coniunctione vero plane nullam (di-

ἀξιώματα Στωϊκῶν

uellit enim complexionem quæ ait, Si dies ſ... ctem non eſſe) ſic etiam in conuiuio maio... gere partem, corpori quidem vtile eſt & con... le & eximium : ad ſeruandam autem comm... in conuiuio, nihil valet. nam & hoc dirimi... munitatem, vt complexum illud. Quare c... edens, non ſolum appetitum tuum in iis ... poſita ſunt, conſidera, vt ex iis delectum agas... eam communitatem reſpice, quæ irrepreh... enda eſt. Quamuis autem de conuiuio verba... tamen ad omnem ſocietatem vitæque conſ... nem in genere hæc eſſe transferenda, perſp... eſt. Auaritia enim omnes dirimit neceſſitu... ſicuti æquabilitas, cum ſuum cuique tribuit... dem continet, auget, conſeruat. Nam & lat... communitas, quamuis ex talibus conflat... tantiſper durat, dum præceptum hoc ſerua... alii plus æquo ſibi appetant. Ob hoc enim ... veſtigium, etiam iniuſtitia illa permanet. C... tem prius multis locis auditorem hortatu... ad libertatem, & in aliis ad fortitudinem, ad ... tudinem animi, ad prudentiam & tempera... in hoc eum ad iuſtitiam vocat, & eius impe... ti auaritiæ fugiendæ auctor eſt.

Auaritia. Aequabilitas.

EPICTETVS.

SI quam perſonam, quæ vires tuas ſuperat, in... tum eam indecore geres : tum eam quam ... re poſſes, negliges.

SIMPLICIVS.

Cicero: Non id modo ſpectandum, quam honeſta ſit res: ſed illud etiã, vt adſit efficiendi facultas.

Non ei ſtudendum, quod per ſeſe optimu... ſed ei quod eſt ex iis quæ nobis accommoda... optimum. Nullus enim ea quæ extra modu... cipiuntur, fructus conſequitur. Quare non ... perſonæ maiores induendæ ſunt, vt doctor... philoſophi, aut in naue gubernatoris, aut i... magiſtratus. Præſtat enim perſonam inferior...

ſtinere, vt non par modo ſis, ſed etiam ea r: quam indecore gerere ſuperiorem, nec illnitati reſpondere. Honeſtius eſt optimum agogum, quam doctorem imperfectum: m patremfamilias, quam improbum mam. Nam maiorem perſonam indecore gec autem indecorum non ad opinionem, ſed s rei naturam referatur) illud etiam habet uod eam perdimus, quam noſtris rebus allle ſuſtinere poſſemus. Melior enim hiſtrio mœdia eſt, & in Tragœdia, qui ſeruum bene ıtat, quam is qui domini aut regis perſonam it. Et hoc ego caput ad iuſtitiā refero, quod ue perſonam ſe dignam iubet eligere, & non ad altiora.

EPICTETVS.

emadmodum in ambulando caues, ne clauum ılces, pedemue diſtorqueas: ſic in degenda vita e gubernatricem actionum, mentem tuam, laQuod ſi in re vnaquaque obſeruabimus, omnia aggrediemur.

SIMPLICIVS.

riam humanus anim⁹ læditur. Aut cum bructibus affixus, per eoſdem corpori agglutinaclamans ille quidem nonnihil, atque ægre ſed ſuperatus ab affectibus, qui corroborati idem in eum exercent: aut cum ſuopte iuorrupto, ſeipſum non diſcernit vt diuerſum s affectibus. Monet igitur pædagogus horum ; in degenda vita cauendum eſſe, quam ſimimbulationi facit, ne quis brutis affectibus ſucit: qui cum ſint corporei, clauorum inſtar agatum ſibi animum corpori affigunt. Quis veius ſic affigit, vt bruti iſti affectus? qui efficiūt, et animus, & ſeipſum & illos & corpus eſſe ? Peruerſitatē autem opinationis, & eius par-

Peccata vel ex corrupto iudicio, vel e prauis affectibus oriuntur.

tis animi quæ quaſi pedeſtris cum corpore a
& cum bruta vita commune habet, diſtorti
dis apte comparat, & hortatur, vt quemadm
in ambulando corpori cauemus: ſic in vita
tiorum tractatione cauendum eſſe, animo
rationis, qui naturæ inſtituto principatum
næ vitæ obtinet, qua hoc animal a ceteris diſ
tur, ne vel affectibus inflammetur ob auid
vel iudicium atque opinatio eius peruert
ſocordia. Nam ſi qualibet in re nos ipſos ol
uerimus, vt ii qui ambulant: tutius quamq
ſuſcipiemus. Nam in ea animaduerſione, etſi
cus aliquis lapſus contigerit: eum tamē fac
rigemus. Etſi enim paulum conniuentes
calcauerimus, aut inconcinne pedem prom
mus: propter obſeruationem & a clauo pe
cile auellimus non affixum, & greſſum pe
opera aliter dirigimus.

EPICTETVS.

Modus pecuniæ corpus eſt vnicuique, vt ca Si igitur in eo inſtiteris, modū ſeruabis: terieris, iam veluti per præceps te ferri neceſſe & in calceo, ſi vltra pedem progreſſus fueris, ſi tus calceus, deinde purpureus, deinde interp Eius enim, quod ſemel tranſierit modum, nu terminus.

SIMPLICIVS.

In rebus corporis, vt veſtibus, victu, poſſe
bus, pecuniis, duo hæc ſunt: eorum acquiſi
vſus. Prius igitur de vſu locutus, eatenus ii
dum eſſe, quatenus ad nudam corporis curat
faciant, omne ſuperuacuum quod ad gloria
delitias pertineat, remouendo: nunc de acqu
ne eorum docet, & huius quoq; modum di
corpus. Nam & acquiſitionis modus eſt vſ
enim acquirimus, vt vtamur) & ipſius vſus r
eſt corpus, eiuſque neceſſitates. Perſpicuum i

quiſitionis modum eſſe corpus, eiusque
ates. Quare ſi quis ad eas neceſſitates re-
pellibus ſimplicib. erit contentus: quarum
es foueant pedem & muniant, ſoleæ vero
nt ne pede nudo calcentur noxia. Sin quis
pes exigit exceſſerit, & ad ornatum delitias
it, auratus fit calceus, inquit: deinde pur-
poſt interpunctus. Tanta autem fuiſſe vi-
ud Romanos in conficiendis calceis purpu-
terpunctis curioſitas, vt auratis etiam præ-
ir. Eadem eſt & rei familiaris ratio ac rerum
neceſſariarum. Si quis enim menſuram ne-
s tranſierit, eiuſq; terminum: iam ſine ter-
gabitur, alia aliis adiiciendo, donec ad ex-
delitias & vanitatem præceps feratur. Per
m fit quoddam quaſi diuortium a regula: &
equitur, inexplebilis egeſtas, & eius comes
io. Nam ſi decē parauimus, volumus habere
ſi hæc, quadraginta, & ſic deinceps, nec vllus
prolabendi in vaſtum illud atque immen-
lagus inſatiabilis cupiditatis. Conſtat enim,
ulis iis, quæ ad vſum corporis adhibentur,
onem quæ limites excedit, recidere in infi-
vt iam & ſcopi & vſus obliuiſcatur ad quem
t, qui corporis eſt curatio. Quare ſæpe ipſum
amittimus, dum iſta ſine modo cumula-
Quid vero ſi calcei exemplum eo adhibuit,
, niſi magnitudini pedis reſponderit, quam-
atu modum non exceſſerit, ſæpe nos allidet,
net, denique in præcipitium aget? Ex iis por-
e de vſu dicta ſunt, ea quoque diſtinguenda
æ ad acquiſitionem pertinent. Docent au-
hæc capita conuenientem modum in acqui-
& vtendis rebus externis, noſque ad iuſtiti-
ducunt.

Horatius: Creſcit amor nummi, quantū ipſa pecunia creſcit.

Lucanus: Semper inops, quicunque cupit.

EPICTETVS.

Vlieres ſtatim ab anno decimo quarto a viris dominæ vocantur. Proinde cum vident, ſe nihil

aliud habere muneris, niſi vt cum viris concum
comere ſe incipiunt, atq; in ornatu ſpem colloc
mnem. Quare operæ pretium eſt, dare oper.
ſentiant, ſibi non ob aliud honorem haberi, niſ
& modeſtas ſe præbeant, & verecundas ac t
rantes.

SIMPLICIVS.

Etiam matrimonio iis qui vitam naturę cc
taneam ſequuntur conceſſo, qua ratione his c
dæ ſint vxores, paucis oſtendit: cum eaque i
fert, quod vulgus hominum facere ſolet, eoru
delicta corrigit, & ad normam hanc reuocat. I
mortales, inquit, vxoribus a prima ætate ad
tur, & honorem habent, easque dominas v
ſolius concubitus cauſa. Quare non immeri
ad hoc ſeſe parantes, comuntur, & in ornatu
ſuam omnem collocant. Nec tam illæ repr
dendæ ſunt quam mariti, qui eas propterea cc
Quare ab initio ſtatim ſic informandæ conſ
ciendæque ſunt, vt intelligant, ſe non alia v
cauſa a nobis honoratum iri, niſi quod ſint o
modeſtisque moribus, & marito verecunde pa
& obſequundent. Quibus dotibus ſi qua n
prædita fuerit, iam & ad tuendam rem famili
& ad educationem liberum, & ad mariti cu
nem, & ad vitæ frugalitatem facile aſſuefiet
officia honeſtas matronas decent.

Ipſi mariti corrumpunt vxores.

EPICTETVS.

TArdi ingenii ſignum eſt, in rebus corporis i
rari: velut, exerceri diu, edere diu, potare di
care diu, coire diu. Nam hæc quidem faciẽda ſun
ter: cura autem omnis ad animum eſt transfer

SIMPLICIVS.

Quemadmodum ingenioſi homines in ſum
perfectis & exquiſitis naturæ ſuæ rebus elab
& in

orantur: ita ſtupidi & hebetes in imperfe-
emis,generalibus,& vulgo tritis verſantur.
i homo, cuius ab animo rationis compote
endet, qui corpore vt inſtrumento vtitur,
aturalibus animi actionibus corpori im-
r: hebetis id ingenii ſignum eſt, vt & huius
eſt obtuſior acies animi. Quis enim artifex
pretii, in curandis inſtrumentis terit tem-
quæ his vſura eſt neglecta? Neque vero ob-
tum ingenii ſignum eſt, occupari circa cor-
immodici etiam eius amoris. Quibus enim
us atque afficimur,iis immoramur.Eſt igi-
quit, occupatio corporis, acceſſio quædam
da: præcipua vero cura ei impendenda,
orpore vtitur. Hæc enim iuſta eſt noſtri ad-
llud officii diſtributio.

EPICTETVS.

*M tibi quiſpiam vel malefecerit, vel male-
xerit: memento eum opinatum eſſe, id ex offi-
fuiſſe faciendum & dicendum. Neq; vero fieri
vt id ſequatur ille quod tibi videtur, ſed id
bi. Qui ſi male iudicat, damnum ipſe facit
ipitur. Nam verum connexum ſi quis men-
n iudicet: non ipſum connexum lædetur, ſed
i deceptus fuerit. Sic igitur inſtructus, æquo feres
conuiciatorem. Nam ad ſingula dices, ita vi-
ſe illi.*

SIMPLICIVS.

hoc præceptum ad patientiam & manſuetu-
n adhortatur,duplici argumento: vno,quem-
am opinionem & iudicium ſequi. Non igitur
ferendum, id eum ſequi, quod ipſi rectum vi-
r. Nam & tu & omnes homines idem faciunt.
ergo ſanus naturæ communi ſuccenſeat? Si
quia id quod neque honeſtum neque rectum
ecte ſe habere putauit,eo ſuccenſes: ea quoque

Simplices homines fortaſſis, & nō plane mali, faciūt iſtud. Sed homines callidi, & tyrānici,

contra iudicium & cõſcientiã ſuã in facin⁹ & ſcelus ruũt.

indignatio abſurda eſt, nam ille, non tu, dan facit. Qui enim honeſtum putat quod eſt in ſtum, deceptus eſt. Deceptus vero damnum Qui ergo tibi male dicit aut facit, ipſe eſt cui tur, quamuis neque tu neque potentiſſimus quam ei nocere poſſet. Externa enim incom quæ habentur, corpori aut rebus externis in modant. quare nec ipſi proprie incommodant nionis autem error, animi deceptio, in quo n eius ſita eſt, hæc eſt quæ ei noceat. Ei vero dam eſſe datum qui deceptus ſit, & non ei de quo ceptus: euidenter exemplo connexi demonſtr luti Si dies eſt, ſol ſupra terram verſatur. hoc falſum putet, non ipſum connexum damnum cui ſua conſtat veritas: ſed is qui falſum de e tit. Sic etiam qui ſecus ac decet, tibi conuic aut malefacit, ipſe eſt cui noceatur. Tibi v nocitum quidem eſt, neq; mali quicquam da præſertim ſi in rebus quarum poteſtas in nob eſt, vis & natura boni atque mali collocata eſt. re cogitans neceſſe eſſe, quenque id ſequi quo videatur, & ipſum eſſe qui faciat damnum, no lenem te & magnanimum præbebis aduerſus uiciatorem, ſi te aſſuefeceris vt in quolibet hc adiicias. Ita ei viſum eſſe: ac id eum neceſſari qui, quod ipſi videatur.

Sed interim patitur & perit aliquã do iuſtus, ſi non ſit Stoicus adamantinus.

Imo non error: ſed diabolica improbitas pleriſq; nocet.

EPICTETVS.

VNaquaque res duas habet anſas: vnam to bilem, alteram intolerabilem. Si frater in am fecerit, non ea prehende, qua facit iniuriam enim eius anſa non eſt tolerabilis. Sed illa potius fratrem, eſſe vna educatum. Sic prehendes eum, eſt tolerabilis.

SIMPLICIVS.

Pugna & concordia rerum inter ſeſe.

Omnes res quæ ſub ortum cadunt, quia conſ e contrariis, aliqua ex parte inter ſeſe conſenti

& cor

niunt, ac tolerabiles ſunt, aliqua ex parte
int,& ſunt intolerabiles. Velut, ignis qui
s & calidus, ratione caloris cum aere con-
ſtque ei tolerabilis: quatenus vero ſiccus,
pponitur & repugnat. ſic etiam frater, ſi
iuria. Et hic duas habet anſas, alteram to-
n, qua eſt frater: alteram intolerabilem,
niurius. Notum autem eſt, nos ea quæ to-
ſunt, leniter, facile, placideque ferre: into-
vero auerſari, grauiterque & iniquis ani-
i. Quamobrem ſi ſemper bono & manſueto
no, ſi acquieſcere volumus (quando res o-
as illas habent anſas, tolerabilem vnam,
intolerabilem) ea prehendemus eas, qua
erabiles. Nam omnia plane ſunt talia, diui-
pertas, ſanitas. morbus, coniugium, vita cæ-
ri, orbitas: cætera denique vniuerſa quæ in
ſantur. Nam diuitiarũ tolerabilis eſt abun- *Diuitiæ.*
intolerabilis vero occupatio & ſolicitudo.
tatis tolerabilis eſt tranquillitas & otium, *Paupertas.*
olerabilis egeſtas. Sanitatis tolerabilis eſt *Sanitas.*
s doloris, & expeditus membrorum vſus:
abilis contumacia & confidentia. Morbi to- *Morbus.*
s eſt moderatio animorum, ſed intolerabilis
a. In coniugio tolerabilis eſt procreatio li- *Coniugium.*
,& obſeruantia: intolerabilia vero multarũ
ndigentia, & rationis expers dilectio. Orbi- *Orbitas.*
edita eſt, vacare ſinit rebus pulcrioribus, nec
is poſt obitum relinquendis curare cogit: &
neo iudicio maximum eſt, non neceſſe habet
interdum malos amare. Tum enim fit, vt
bitas ametur. Iam contumelia & conuicium *Conuicium.*
bilia iſta habent, interdum quidem, quod ea
is noſtris cognoſcimus quæ prius ignoraba-
ſemper vero, quod noſtra patientia prouoca-
Et quam maxime fugimus, afflictio corporis, *Dolor corporis.*
bilem habet animi exercitationem & purga-
n. In quibus omnibus magnum ineſt bo-
t fortiter tolerentur. Nam in ea incidiſſe, ani-

miq; conſtantiam retinuiſſe, præclarius eſt * non incidiſſe. Nam in ea non incidere, corp rerum externarum: ſed ea pulcre tuliſſe, ani num eſt. Quin & inimici duas habent anſas, ctum ex eis capere licet, in affectus & perturba noſtras acrius inquirentibus, atque efficienti ſimus cautiores. Qua de re Plutarchus Chær integrum volumen ſcripſit.

** Verũ hoc optabilius. Ea enim virtus eſt* PATIENTIA, *cuius laude qui carent, beatiores mihi quidẽ certe videntur, quã qui fruuntur Inimici.*

EPICTETVS.

ORationes hæ non cohærent: Ego ſum te loc or, ergo ſum te melior: Ego ſum te eloque ergo ſum te melior. At illæ magis cohærent: eg te ditior, mea ergo pecunia tuæ præſtat. Ego ſum quentior, mea ergo dictio tuæ præſtat. Tu vero cunia es, nec dictio.

SIMPLICIVS.

Philoſophũ non eloquentia facit, ſed honeſta vita.

Homines ſtudioſi plerique faciendæ & po orationi, libriſque conſcribendis ſtudent, vt gnum eſt: niſi forte aliquis a puero in liber artibus accurate inſtitutus, eam dicendi facul quaſi naturalem, & non ſtudio quæſitam ſib pararit. Quod vt contingat, id hominem ph phum laudi ſibi ducere non vult: vt qui hunc ſibi propoſitum nõ habeat, nec inde pendeat. dictio quidem elegans ſi fuerit, ſuum hab num: & is cui propoſita eſt dictionis eleganti ta eſt, aut hiſtoricus. Is vero cuius virtus ſita vita rationi conſentanea, quiq; finem illi cor entem propoſitum habet: quamuis alio diſ eo ſe tamen eſſe meliorem, nullo iure dicet. enim ipſe dictio eſt, neque finis eius eſt dictio ea formam ſuam conſequatur, ſicut ex arte ſu uis artifex. Sed dicendum: Mea dictio eſt eleg quam tua. Etſi autem id præcipue ſpectat, vt nem ſtudioſum ab admiratione dictionis & reuocet: tamen increpationis moderandæ locupletioris vtitur exemplo.

EPICTETVS.

at quiſpiã cito? ne dicas lauiſſe male, ſed cito. it quiſpiam multũ vini? ne dicas bibiſſe ma- ultum. Priuſquam enim id decretum diiudi- nde ſcis, an male? Sic vſu tibi veniet, vt alia o comprehenſa teneas, aliis aſſentiaris.

SIMPLICIVS.

io nos de rebus ſolidiore eſſe vult, vt neque emus, neque laudemus facta cuiuſquam ni- eius cognito, ad quem illa referuntur. Ex eo dicium eſt ferendum, quod & qui verberat & qui alit nocet: & qui furatur, interdum it: & qui præbet, iniuſte. Sunt igitur, in- ta ipſa per ſe iudicanda, & ſi quis cito lauat, im, cito eum lauare: nec tamen adiicienda s, quaſi recte aut ſecus faciat, donec eius con- ognouerimus. Quid enim, ſi ob morbum, ibrationes, curatione lauationis eguit? Cõ- utem & finis in cauſa eſt, vt recte ſecuſue ſit . Et hic exſpectandus eſt, priuſquam celeris , bona malaue dicatur. Nam & multum vini icet, ob corporis temperiem, & qualitatem ante caniculam, & ſub caniculam: & ob lo- ſtilentem. Niſi autem ita fecerimus, vt ipſa ti ſunt, iudicemus: & dicamus celere ali- ut multum: qualitatem vero non adiiciamꝰ, nſilium cognitum: fit, vt alia intelligamus nim ſignificat φαντασίας καταληπτικῶς λαμ-) & comprehendamus id quod apparet, cu- di eſt celere & multum, & aliis aſſentiamur: , iudicium iis noſtrum interponamus, id ꝙ eſt laudando aut vituperando. Abſurdum eſt, cum aliud viteris, de alio ferre iudicium. lt ille, niſi fallor, ne temere laudemus aut vi- mus: ac potius, vt iniuſte vituperare recuſe- eoq; de hoc loquitur. Pertinet autem & hoc titiam.

Facta ipſa per ſeſe, & ex fine iudicanda.

EPICTETVS.

NVſquam te philoſophum profitearis, ne imperitos multum diſputes de præceptis: in conuiuio, ne dic quo pacto ſit edendum, ſed decet: ac memento, etiam Socratem ſic vnd ſuſtuliſſe oſtentationem. Conueniebatur ab ii ab eo commendari vellent philoſophis, atq; ipſe cebat eos, adeo leniter ferebat neglectum ſui. apud imperitos de præcepto aliquo ſermo incider xima ex parte taceto. Magni enim periculi eſt, euomere quod non concoxeris. Quod ſi quis d te nihil ſcire, tuque commotus non fueris: tur rem eſſe incoatam. Nam & oues non fœnum runt opilionibus, ac demonſtrant, quantum co rint: ſed paſtu intra ſe concocto, extra feru nam & lac. Et tu igitur ne verba celeriter oj imperitis: ſed opera, quæ verborum concoction quuntur.

SIMPLICIVS.

Gloriolæ cupiditas refrenanda.

Cum eo qui adhuc proficit loquens (neq: cum perfecto philoſopho, qui his admonitic non eget: cui non diceret, periculum eſſe ne euomeret, quod non concoxiſſet) quod iis c huc proficiunt, gloriæ cupiditas & oſtentati leſta eſt, eos affectus multis argumentis repı ſtudet, vt & hoc ipſo. Quemadmodũ falſum quod confietur adhuc, ſtatuam dicere: & fœt vtero conceptum, hominem: ſic eum etia adhuc proficit, dicere philoſophũ, eſt falſum. ſi quis cõſideret, quanta res ſit vita veri philo & quantum is cæteris mortalibus antecellat modo falſò id, ſed & impie dici videatur. Qui ro philoſophum eſſe negat: num is, nec in c philoſophi ſeſe collocans, cuius docere mun docere inſtituet? At quo pacto, inquies, ſe is e bit, qui proficit? ſi eũ cum idiotis loqui vetat quos non exercitationis, ſed oſtentationis erg ba

Incoata res, nondum perfecta.

Magna res eſt, eſſe philoſophum.

Exercitatio philoſophiæ non tam in dictis quam in factis cernitur.

? Quomodo ergo ſe illis accommodabit? Si
a præſtiterit, quæ verbis docet, nec inania
flarit. Finis enim eſt, non oratio, ſed actio
quæ dicuntur. Cum igitur in conuiuio fue-
dicere quomodo ſit edendum, ſed ede vti
ic enim, ſi docendi ſe dederit occaſio, vires
os tua habebit oratio. Cuiuſmodi enim eſt
quomodo ſit edendum? aut quomodo ſe-
int res aduerſæ, ſi legibus a te latis ipſe non
s? Non ſolum autem, inquit, ipſe caueto ne
mones ordiaris: ſed & ſi qui alii indocti de
eruerint, ne velis inter ineruditos haberi do-
ericulum enim erit, ne ea euomas, quæ non
eris. Vt enim cibi concocti habitudinem
ſalunt: ſic & concocti ſermones, animi ha-
nutriunt: e quo poſtea, vt e ſtabili radice,
ri ſermones effloreſcunt. Si quis vero habitu
m confirmato, ſermones quos audiuit, præ-
: reuera periculum eſt, ne euomat ea quæ
m concoxerit. Eſt enim vomitui ciborum
ea verba proferre, quæ audieris: ſed non ex
protuleris, ea doctrina confirmato. Quia ve-
s prominens animꝰ bonis exemplis iuuatur:
em producit, quamuis perfectum philoſo-
adeo vt ab Apolline omnium ſapientiſſimus
ntiaretur, qui oſtentationem a vita ſua vſque
emouit, vt cum a vecordib. quibuſdam con-
retur, qui ab eo ſe aliis præceptoribus com-
ari volebant, eos abduceret, ac ſophiſtis com-
aret: ſicut Hippocratē Apollodori F. rogatus
goræ commendauit: & in Theæteto idem di-
multos iam Prodico tradidiſſe, multos aliis
tibus & diuinis viris. Neq; vero in eo ſolum,
t, oſtentationem remouebis, ne apud imperi-
æcepta recites, illiſue loquentibus taceas: ſed
, ſi quis te nihil ſcire dixerit, ne mordearis.
nim certius argumentum eſt externæ gloriæ
mtionis, quam ſi præcepta non recitaris. Nam
c nondum conſtat, te indoctum videri aliis.

Cicero: Omnis laus virtutis in actione conſiſtit.

Qui cruda reuomunt, non nutriuntur.

Sophiſtæ Socrati prælati.

Sui contemptum æquo animo ferre, præclarū eſt & rarū.

Sin quamuis id audieris, non moleſte tuleri moleſte ferre ſolitus: tum vero eam te rem a tum eſſe ſcito, ob quam multi illi ſermones fuerunt: & ipſum philoſophiæ ſtudium ſu vt præſtes ea, quæ natura poſtulat, non dica dias. Nam ſi his auditis non mordebere: no iam erunt, ſed res: quippe popularis famę at miæ contemtus. Quod ſi quando magiſtro tum profeceris requirenti oſtendendum fue cta illi oſtendes, a concoctis orationibus & confirmato profecta, non autem verba. N nim oues gramen reuomentes paſtori oſte quantum comederint: ſed paſcuis concoctis ferunt, & lac.

EPICTETVS.

Vt in bruma faciebat Diogenes.

SI corpus frugaliter curare didiciſti, ne ob placeas: nec ſi aquam potas, ad quamuis oc te potare aquam dictita. Quod ſi quando ad l te vis exercere, in tuum, non in exterorum vſ ſtatuas amplectere: ſed ſi quando vehementer frigidam hauſtam exſpuito, ac nemini dicito.

SIMPLICIVS.

Gloriola variis rationibus ambitur.

Multæ ſunt cauſæ, cur ab hominibus laud cupiamus. Nam alii facinorib. ſuis commen dis gloriam venantur, alii ob eloquentiam, doctores officiorũ, alii propter frugalitatem rantiam celebrari volunt. Prioribus igitur il dicina iam adhibita, cum his nunc ſermonẽ monens, ne & ipſi frugalitate ſua gloriẽtur, citatione. Communis eſt .n. hæc oratio, ne q ſoleſcat, neue magnum quiddam ſe conſecut birretur: ſed cogitet primum, quanto ſint m nobis frugaliores, quantoq; tolerantiores? Et habeamus aliqua laude dignum: quot alia b habemus, quibus alii ſint præditi? Præterea o rogatiuam aliquam ſuperbire, ob hoc ipſum n quod id quod iam magnum putes, non rep

Mendici neceſſario frugi & tolerantes ſunt.

Vt vna atq; alia virtute ſis præditus: plures tamẽ tibi deſunt.

deſideres, illo contentus. Atque etiam caue, per oſtentationem illa facias: vt ſi aquam bouis modo in colloquiis ſermonem eo de- t per occaſionem te dicas aquam bibere, & d laborem, ad continentiam, ad toleranti- es, ſolus id facito: nec ſpectari velis ab aliis, pici a multis, vt ii quibus multi potentio- faciunt, qui, vt opem populi implorent, onſcenſis quiritantur, & multitudinem cir- gregant. Non igitur per oſtentationem, ſed rcere: vt vehemẽter ſitiens, frigidam hau- puas, ac ne poſt quidem cuiquã dicas quid Nam qui oſtentationis ergo iſta facit: pri- tus foras prominet, & a ſeipſo ad externa us. Deinde bona frugalitatis & tolerantiæ ad opinionem popularem illas referendo. itiones vero iſtæ & tolerãtiæ proſunt, quod aciunt corpus & brutas eius affectiones, ne ationem inſurgant, ſed & duriora imperan- it. Itaque, tempore poſtulante vir tolerans, rum aſſuetudinem, non cogitur amittere em.

ἡ οἴησις τῆς προκοπῆς ἐγκοπή.

EPICTETVS.

eii ſtatus & nota eſt, nunquam a ſe ipſo vel mnum exſpectare, vel vtilitatem: ſed a rebus . Philoſophi ſtatus & expreſſa imago eſt, omnẽ em & damnum a ſemetipſo exſpectare. Signa is ſunt, neminem reprehendere, neminem lau- eminem culpare, neminem accuſare: nihil de edicare, quaſi aliquid ſit, aut aliquid ſciat. aliqua re impeditus fuerit, aut prohibitus, ſe- ccuſat. Si ab aliquo laudatur ſecũ ipſe deridet rem. Si reprehenditur, non defendit ſe, ſed ritu rum circuit, metuens ne ſtatum illum conuel- ſquam is confirmetur. Omne deſiderium a ſe ns habet: auerſationẽ ad ea ſola, quæ naturæ epugnant, quæ nobis parent, tranſtulit: ap- e ad omnia remiſſa vtitur: ſiue ſtolidus, ſiue

indoctus habeatur, non curat. Denique, vt ini & inſidiatorem ſeipſum obſeruat.

SIMPLICIVS.

Poſteaquam tandem ad finem admonit peruenit, concluſionem additurus, non eſ quæ dicta ſunt, reſiſtendum, ſed vita & n doctrinam exprimendam: neque ipſum dic audire, finem ſtatuendum, ſed actionem & primum nobis tres habitus tradit, quibus homines comprehenduntur, quorum alii ſ docti, alii his oppoſiti philoſophi: alii, qui & doctis recedunt, & ad philoſophos accedun Proficientes ſiue Tirones vocat, & quibus ſu etiam dicta fuerunt. Sed hos in his ſermon uiſit in eos, qui incipiunt erudiri, & in eos nonnihil profecerunt. Vnumquemq; igitur trium habituum deſcribit, cum dicit: Ind tum & notam eſſe, nunquam bonum aut a ſemetipſo exſpectare: ſed ab aliis. Nam noſtra poteſtate ſit ratio, a qua natura noſt det, & brutæ affectiones, quibus brutis ani bus ſocietate coniungimur: ratio quidem, uerbio dicitur, communis omnibus eſt Me Etſi enim numero differunt rationes quæ i ſunt: ac ſic ſpecies ſunt vnum quiddam, eadem bona contendant, eademque mala d eademq; vera ducāt omnes homines ration ac viciſſim falſa omnia. Itaque in quolibet ratio inſtrumentum eſt & regula diiudican & mali, veri & falſi: formarumq; incorpore indiuiſibilium: & ſemper eodem modo con terque ſeſe habentium ſunt appetentes ra veluti modeſtiæ, iuſtitiæ, ſapientiæ, quaru rum quælibet eſt particeps, illa non immin ticipatione. Quæ quod recta ratione iudicar pugnant, ſed in omnibus conſentiunt, cum dem. * Bruti autem affectus, velut ira, cu eorumque ſpecies: quanquam ſpecie iidem

Indocti ſigna.

ὁ λόγος κοινὸς ἅπασιν ὁρμῆς.

**Bruti affectus & motus a ratione auerſi, nihil habent conſentiens, nihil certū, nihil communicabile.*

n te : at meus animus alia deſiderat, alia tu-
t & cupiditates diuerſæ, earumque obiecta :
quoque declinationes, & proprię cuiuſque.
dem numeri appetant : ſunt tamen illa cor-
: ſingularia, & diuiſibilia, & vnius participa-
ɔſſunt minui : veluti pecuniæ, corpora, aut
Et vt honorem dicas, aut magiſtratum, eo
hæc ſingularia ſunt : non poteſt quiſquam
cuiuſquam totius eſſe particeps. minuun-
n participatione. Quare diuerſa de his iudi-
, & cuiuſque peculiaria : pugnæ item, ſediti-
bella. Indoctus igitur eſt, qui relicta com-
gula & bono communi, ipſe ſibi peculiare
n, & bonum proprium atque indiuiduum
reum circumſcripſit : quod genus in rebus
eſt. Vbi autem appetitio & declinatio ver-
ue contra, ſiue ſecundum naturam : ibi bo-
e conſtat, & malum. Bonum enim habetur
petitur, malum vero quod fugitur. Philo- *Philoſophi*
autem relictis externarum rerum & con- *ſigna.*
n cupiditatibus, easque prorſus alienas iu-
t iam a ſimulacris repurgatus, & ab vmbra
id ſemetipſum, & ad id quod vere eſt con-
communes rationis formas, quæ in ipſo
mplectitur, & bonum in ſeſe deprehendit.
enim in eo locum non habet. Sic igitur iis
diametro pugnant, diffinitis : deinceps ea
git, quæ ſunt eius qui proficit, ad quē omnis *Tironis ſiue*
tio ſuperior pertinebat. Neque enim ad phi- *proficientis*
m (eius enim ea dignitas eſt, vt iam non *ſigna.*
tur & erudiatur: ſed ipſe inſtituat atq; erudi-
e philoſophi quidem propriū eſt vituperare
m, laudare neminem : ſed id pro tempore
um & correctorem decet) Neque etiam in-
conueniunt ii ſermones, niſi relicta inſcitia
uendum philoſophiæ tradiderit, & princi-
erfectius admiſerit. Compendio nos igitur
ctorum commonefaciunt ea, quæ nunc di-
iiſdemque pleraque verbis, vt illa nobis in

Hoſtis es ipſe tibi, propria tela caue.

memoriam reuocata, ob breuitatem nunqua[m] ... cidant. Eſſe autem cuiq; ſeipſum vt hoſtē obſ... dum, propterea dictū eſt, vt ſuſpectum habea[t] ... nondum confirmatum habitum, & vt in mo... acerbius inquirere ſtudeat: ſicut in inimi... delicta inquirimus, nihil illis ex amore con... tes: id quod pleriq; ergá nos ipſos facere ſolen[t] ... erga amicos, in quibus caſtigandis & arguen... miſſiores & leniores ſumus.

EPICTETVS.

SI quis intelligentia & explicandi facultat... rum Chryſippi gloriatur, ipſe tibi dic: Niſi ſcripſiſſet Chryſippus, nihil haberet ille quo gl... tur. Ego vero quid cognoſcere ſtudeo? Natur... hanc ſequi. Quæro igitur, quis ſit eius interpres ... audiero, Chryſippum eſſe: cum conuenio. At ... non intelligo. Quæro igitur enarratorem. Ac h... quidem nihil præclari. Cum autem enarrato... uenero, reliquum eſt vti præceptis: id quod ſol... clarum eſt. Sin ipſam enarrationem admiratu... quid aliud niſi Grammaticus philoſophi loco e... duntaxat excepto, quod pro Homero Chryſipp... ro. Magis igitur, cum quis a me petierit præ... Chryſippum, erubeſco: cum facta nequeo ſimil... bis & conſentanea præſtare.

SIMPLICIVS.

Tribus habitibus qui exſiſtere in homine ... diſtinctis, indocti, philoſophi, & proficientis ... quæ proficienti dicta fuere, cōpendio repetit ... concluſionem addit, & hoc & iis quæ ſeq[u]... capitibus: actiones eas, quæ verbis expoſit ... eſſe ſuſcipiendas. Finis enim orationis eſt act... ius etiam cauſa vſurpata fuit oratio. In his en... riſſima eſt ſummi oratoris ſententia: Omne... tionem, ſi facta deſint, vanum atque inane a... videri. Eſt igitur, i[n]quit, denuo conſidera...

Demoſthenis: Verba ſine factis inania.

velit homo, ſuum bonum quærens? Vult
um bonum inuenire, & quærit quæ ſua
:, & quid ſibi ſit faciendum aut patien-
iuſmodi eſt: qui vitam rationis capacem
ore vtitur vt inſtrumēto, ac debet eius vitę
i ſuam appetitionem & declinationem
dare. Cum igitur hoc quæro, Chryſippū
oſiſſe audio. Librum acceptum per me in-
on poſſum. Quæſito interprete intellexi
Chryſippus. Nec dum quicquam præcla-
l interpretis vel auditoris. Neq; .n. Chry-
de re ſcripſit, vt eſſet qui interpretaretur,
lligeret: ſed vt in vita ſcripta illa ſequere-
go ſcriptis illis vſus fuero: bono eorum
dmiror interpretem ob egregiam inter-
: ſi intelligere, atq; ipſe etiam interpreta-
deniq; ſi cętera omnia fuero conſecutus,
quod ſcriptis non vtor: quid aliud niſi
c⁹ ſum factus pro philoſopho? Vna enim
icæ pars eſt, ſcriptorum enarratio. Illud
r me & grammaticum intereſt, quod ego
ro Chryſippum enarro. Atq; etiam ſim-
entem Chryſippum, aut alteri petenti e-
, nō parere præceptis illius, reprehenden-
grotans enim, & remedia morbi ſcripta *Medicus æ-*
merito profecto erubeſcat, ſi ea perſpicue *grotans, nec*
legat, atq; aliis etiam ſi opus ſit, declaret, *ſuis medica-*
morbi ſui remediis non vtatur. *mētis vtens.*

EPICTETVS.

*q; proponuntur, ea tanquam leges obſer-
tra piaculum non violandas. Quicquid
dictum fuerit, id ne curato. Id enim non
arbitrii.*

IMPLICIVS.

ndo, vt prouerbio dicitur, non facit ver.
atq; iterum Chryſippi præceptis paruc-

Conſtantia & honeſtarum actionũ frequentatione eſt opus.

ris, habitum non confirmabis. Sed eſt, in
quod propoſitum fuerit, tanquã bono &
ſtanter permanendum: & religioni habe
violare. Nam ſi vilium rerum pactionib⁹
indecorum & nefas habetur, quaſi verit
quibus omnia tranſiguntur, rataque p
(quantum quidem in nobis ſit) abrogar
multo magis erit impium, pacta & con
philoſophia & honeſta vita facta violar
autem ea, qui cum dictis & ſcriptis aſſen
honeſtis & veris, iiſque vti cœperit: non
iis perſeueret. Perſeuerare igitur iubet.
alii de te loquantur, curare noli, vt ſupra d
Innuit enim, fore multos qui dicant, ſ

Qui manũ aratro admouit, ne reſpiciat.

pientem rediiſſe: quique rogent, vnde i
cilium, & id genus alia. Non enim quid
aut non dicant, noſtri eſt arbitrii. Vide
alludere ad id quod Pythagorei per an
ciat. Si ædem ſis ingreſſus, non debe
uerti: quo ſignificant, qui ad Deum ſe c
non eſſe debere ancipiti animo, neque
nas curare.

EPICTETVS

QVo vſq; tandem differes præſtantiſſi tibi vendicare, & nullatenus diſtinc tionis violare? Accepiſti præcepta quæ a tibi fuerunt, eaq; amplexus es. Qualem ig doctorem exſpectas? cuius in aduentum tu nem differas. Non iam adoleſcens es, ſed ma vir. Itaq; ſi neglexeris & ceſſaris, ac ſu moram, propoſito propoſitum adiunxeris, & poſt alios conſtitueris: non animaduertes n feciſſe, ſed hominem plebeium fore tam quam morientem? Nunc igitur viri perfe cientis vitam tibi ſume, ac quicquid tibi vi optimum, ea lex ſit inuiolabilis. Ac ſi qu ſum, aut ſuaue, aut glorioſum, aut ignomi gruerit: memento tum adeſſe diſcrimen, t

ec licere differre: ac profectum vna clade ne vel perire, vel retineri. Ita Socrates in qui fuit, cum in omnibus ſe ipſe promoue- nemini auſcultaret, niſi rationi. Tu vero n es Socrates, ſic tamen vt qui Socrates eſſe s viuere.

IMPLICIVS.

quoque decebat, qui præcepta perfecte ne cunctaretur & differret diutius. Re- us:

us, nunquam non conflictabere damnis.

ætextus mora eſt. In quod igitur, inquit, orogas, quo minus dignum ipſe te iudi- gulis iis quæ dicta ſunt, vtaris? Ea enim ia & perfectiſſima, & finis ac meta diſpu- vt nuſquam a recta ratione recedas, ſed adminiſtres omnia tam appetendo quã . Ac alius quidem dixerit: exſpecto dum endi præcepta, & doctrinæ quæ eſt de adiero. Tu vero qui iam nonnullos in iorum progreſſus habeas, præceptaque quibus in primis aſſentiendum eſt, vt iis, ac tum parendum vt notis & fami- em adhuc magiſtrum exſpectas in cuius correctionem tui ipſius differas? Alii centuli. Tu vero non iam es adoleſcens, ecta prudentia, ac ne decrepitus quidem od ſi ceſſas, aut per incuriam aliud atque us, aliam atq; aliam diem tibi præfinis, m ſis curaturus: ſpe inani lactaris, diem & craſtinum cogitando: itaque impru- im regrediere magis, quam progredieris : ſocordiæ, & rudis atque indoctus per- viuens & mortuus. Vt enim illa horum nt, & magnum adiumentum eſt naturę ii præparatio, quam inde habemus: ſic iunt, illorum ſunt principium & præ na enim eſt tota vita ratioque viuendi,

Cunctatores.

Vna quadã vita eſt hominis & ante natiuitatem, & in terris, & poſt obitum.

quæ hic & illic mutatur. Iam igitur, inqu
dum tibi eſſe ſtatue tanquam perfecto, n
perfectionem ſis aſſecutus (id enim ſerm
iuſn odunon deſiderat) ſed quaſi ratione p
um perfectus, qui nunquam progredi deſi
Semper amor laudis, ſemper victoria cura. quam ceſſes aut remolliſcas. Sed quicqu
etem videbitur, id legem putato, quæ ide
iubeat. Omnibus autem iis quæ inciderin
licebit atque etiam rebus inter ſeſe contra
recta ratione moderere: ſiue res laborioſæ
ues obiiciantur, ſiue gloria, ſiue ignomin
ſiue paruum fuerit illud quod offertur,
temnes: ſiue magnum, non reformidabi
illud præterfluere ſines, ſed in vno quolib
tamen eſſe propoſitum ſtatuito, in quo au
ri ſit neceſſe, aut repudiari. Nec enim ali
Parua neglecta magnam ſerum ruinam trahunt. quum inſtante certamine. Nec vero vll
neglegendus, nec vlla res, quod ex eius
nihil ad te damni rediturum exiſtimes.
enim diem & vnam rem, tua, inquit, pr
conſeruatur, & perit. Quomodo iſtud? A
qui vno die & in vna re ceſſarit, ſegnior fi
miſſior, vt alia re incidente minus hab
quam prius, & magis ei ſuccumbat qu
idque indies magis ac magis, dum aucta
ſocordia funditus perierit rectæ rationis p
quæ ratione contraria conſeruatur atque
Nam ab vno die & vna re, nota quædam
tur, & qualiſcunque fit acceſſio, vt quicq
die inciderit, eo minus offendaris, & mi
Socrates exemplo rationis iuſſa capeſſe. die tertio. Sic & Socrates, inquit, omniu
ſapientiſſimus euaſit, cum ſe conſueſeciſſ
in re ſui correctionem procraſtinaret: ſ
quolibet alii nemini pareret, niſi ei ratio
cogitanti optima videretur. Tu vero ſi n
Socrates, at ſic vt qui Socrates eſſe velis,
bes. Qui vero exemplum aliquod intue
eius ſimilitudinem contendit: nō comm
ſemper in eo imitando elaboret.

EPICTETVS.

mus & maxime neceſſarius in philoſophia lo-
: eſt is, qui agit de vſu decretorum: veluti de
ntiendo. Alter, qui demonſtrationes tractat:
, cur non ſit mentiendum. Tertius, is qui has
nfirmat & diſtinguit: veluti, qui fiat vt iſta ſit
ſtratio? quid ſit demonſtratio? quid conſequen-
uid pugna? quid verum? quid falſum? Quare
locus neceſſarius eſt propter ſecundum, ſecun-
pter primum. Maxime autem neceſſarius eſt,
uo conquieſcendum ſit, primus. Nos vero di-
facimus. nam in tertio loco immoramur, in
ne ſtudium noſtrum conſumimus: primum au-
orſus negligimus. Proinde mentimur quidem:
do autem demonſtretur non eſſe mentiendum,
tu habemus.

SIMPLICIVS.

oſophanti, vt qui naturalem ſuam perfectio- *Scientia con-*
m viuendi tum cognoſcendi recuperare cu- *ſtantem gi-*
uidnam ſit verum, ſcientia comprehendere *gnit aſſenſi-*
eſt: ne, ſi opinione tantum fretus, magiſtris *onem.*
: ratione ac rebus inexploratis crediderit,
& a ſcopo aberret, ſimul etiam alias ad aliud
e cogatur. Scientiæ porro cognitio demon- *Scientia de-*
ne comparatur. Demonſtrationem vero eſſe *mōſtratione*
nationem, quæ ex euidentibus propoſitioni- *cōparatur.*
e collocatis concludatur, & quæ propoſitio-
mamenta rationum non deſiderent, quotq;
inter ſeſe componantur: id docere artis diſ-
i munus eſt. Quod cum ita ſit, tres ſunt in *Tres loci phi-*
ophia loci maxime neceſſarii. primus, in vſu *loſophici.*
præceptorum: modeſtiam in factis, verita-
dictis eſſe colēdam. Alter demonſtrationis,
ionibus cōuincit, hæc eſſe facienda. Tertius,
ſerēdi præceptis confirmat, dilucideq; decla-
n eſſe demonſtrationem, & non deceptos eſſe
docet quid ſit demonſtratio, quid cōſecutio,

quid pugna? Conſequentia eſſe anguſtiorib quæ latius pateāt: vt ſi homo ſit, eſſe animal. traria inter ſeſe pugnare: Aliquis, nemo: O non omnis. Neque poſſe fieri vt ea ſimul ve aut falſa. Oſtendit etiam quæ vera ſit ratioci e quibus conflata propoſitionibus, qua comp one? quæ falſa? Perſpicuum autem eſt, hun dem tertium locum neceſſarium eſſe prop cundum, vt certa ſcientia comprehendamu noſtra bona ſint, & quomodo paranda? acq ipſis actionibus. Et hic quidem maxime eſt ne rius, & omnis inſtitutionis finis. Ob hunc er huius gratia cæteri adhibentur. Nos vero con cimus. nam in tertio loco immoramur potiſ alterum leuiter attingimus: primum vero, c uiunt cæteri, negligimus. Proinde mentimur modo autem demonſtretur, non eſſe mentien & quibus dialecticis viis: id in promtu hab Enimuero decebat, cum didiciſſemus quomo ſet demonſtrandum, Mentiri non oportere demonſtratione certaque ſcientia cognoſcere eſſe mentiendum, idq; vbi cognoſcemus, in petuo elaborare, quod ea gratia & ſecundus tius locus eſſet traditus. Optimo igitur ord acerrime etiam in hoc capite nos ad præſta quæ præcipiuntur, veluti manu duxit.

EPICTETVS.

IN quouis incepto hæc optanda ſunt:
Me Iupiter duc, & Fati neceſſitas,
Quocunq; veſtro deſtinatus numine
Sum. nam volens ſequar. Quod ſi minus veli
Sequar coactus, improbusq; & impius.

Item:

Euripidis. *Neceſſitati qui probe ſe accommodat,*
Sapit, eſtq; rerum diuinarum conſcius:

SIMPLICIVS.

Quia præceptiones fuſe traditas veterum in

endium redegerunt: eas in promtu ſemper is eſſe monet, vt & memoratu faciles, & vt nonium præſtantium virorum, ipſorumq; n leporem, fiduciam noſtram de hiſce ad-nibus confirment. P[illegible]a eſt Cleanthis, iloſophi, Aſſo nati, qui fuit Zenonis diſci-hryſippi magiſter. Huius ſtatuam admira-agnificentiæ Romani Senatus ſpecimen, ſſo vidi, in viri eius honorem dedicatam. autem in iis iambis, vt a Deo ducatur, &, o per omnia ordine tranſit, cauſa effectrice ce, quam Fatum appellabat: pollicens ſe atque vltro ſecuturum. Nam ſi repugnaro, ion modo malus ero, ſed & plorans & ge-quar. Neceſſe enim eſt, imbecilliora ſequi ea iora ſunt, & cauſas ea quæ orta ſunt de cau-& ipſe etiam Epictetus innuit in eo capite,

Cleanthis Aſſiæ ſtatua.

Voti enarratio.

Noli velle, vt ea quæ fiunt, ita fiant vt tu ››
ita velis ea fieri quæ fiunt, vt fiunt. Sic faci- ››
tabis. Hoc enim diſciplinam morū omnem ››
t, ſe cōiungere cum vniuerſo, & totum cum elle: non autem ab vniuerſo ſeſe auellen-n anguſtias, ac potiꝰ ad nihilum redactum, repugnare, & velle vt vniuerſum partem ē ſequatur. Alterum dictū Euripidis eſt Tra-ndemq; ſententiā continet. Neceſſitas enim : ad ſuperna diuinamq; cauſam reducat, o-m inuita quam voluntaria. Cui qui aſſenti-omitatur, nec renititur, ſed ſtrenue ſequitur, iens eſt: rerumque naturam, & partium ac iſcrimen ſatis intelligit, & honorem habet i decet diuinæ potentiæ.

EPICTETVS.

Et tertium illud: O Crito, ſi Diis ita viſum fu-er, ita fiat. Me autem Anytus & Melitus occi-ere poſſunt, lædere vero non poſſunt.

Platonis.

SIMPLICIVS.

Dictū Socratis eſt, e Critone Platonis, eandemq;

ſententiam maiore compendio complectitu
enim non tantum ita loquitur, ſed ita etiam
ſeparationi ſui ab vniuerſo, & fugæ a Deo m
& a deterioribus omnib. recedit, vniuerſitat
mancipatus. Ac videtur mihi hic vir per hoſ
in fine citatos innuere finem humani ani
ſectionem conuerſione ad Deum, eiusq; co
one abſolui & conſummari. Quod autem e
adiectum eſt, Me vero Anytus & Melitus c
ſane poſſunt, lædere autẽ non poſſunt: ſum
ex Apologia Platonica, & Socratis accuſator
nyto & Melito dictum. Finem autem princi
nectit, dum initio dicta in memoriam reuo
qui bonum & malum in rebus in noſtra p
ſitis collocet, non autem in rebus externis,
coactum iri vnquam, neq; læſum iri ab vllo

Conuerſio ad Deum humani animi perfectio.

Hæc habui quæ Epicteti ſtudioſis, ad dic
declaranda, pro mea virili conferrem: gaudi
datam mihi occaſionem de huiuſmodi ſerm
commentãdi, quæ quidẽ in tyrannicas graſſ
peropportune incidit. Peculiari autem voto
iecto, concludam hunc Commentariolum.

Simplicii votum.

Supplico tibi Domine, pater & dux ratio
ſtrę, vt noſtrę nobilitatis recordemur, qua tu
1 naſti: & vt tu nobis præſto ſis, vt iis qui per ſ
uẽtur: vt & a corporis cõtagio, brutorũq; aff
repurgemur, eosq; ſuperemus & regamus,
2 decet, pro inſtrumentis iis vtamur. Deinde v
adiumento ſis ad accuratam rationis noſtra
ctionem, & coniunctionẽ cum iis, quę vere ſu
3 lucem veritatis. Et, tertium Seruatori, ſuppl
vt ab oculis animorum noſtrorum caliginem
ſus abſtergas, vt quod apud Homerum eſt,

Norimus bene qui Deus aut mortalis haben

FINIS COMMENTARIORVM SIMPLICII
Epicteti Enchiridion. Hieronymo Vuolfio
Oetingenſi interprete.

CLARVS POST NVBILA Phœbus.

EPICTETI SEN-TENTIÆ ALIQVOT, E IANNIS STOBEI COLLECTA- ex iis (vt coniicimus) ARRIANI Commenta- s reliquæ, quibus ille (vt auctor eſt Simpli- cius) vitam & obitum Epicteti co- pioſe deſcripſit:

HIERONYMO VVOL- *ſio interprete.*

DE FORTVNA.

Ita quæ a Fortuna pendet, torrenti flumini ſi-
milis eſt: quippe turbulẽta, cœnoſa, imperuia,
nica, tumultuoſa, non diuturna.

De virtute.

nimus virtuti familiaris, perenni fonti eſt ſimi-
qui puram, placidam, potabilem, ſalubrem,
ibilem, innoxiam, incorruptam aquam ſup-
tat.

De profectu.

i bonus eſſe volueris, primum credito te ma-
eſſe. Caſtigato affectus, ne illi te puniant. Opi-
nem non tam verere, quam ipſius rei veritatem,
audire ſi cupis, diſce bene loqui: bene loqui
ctus, bene facere conare. Ita id conſequeris, vt &
audias.

De diuitiis & felicitate.

nquire in teipſum, diues ne malis eſſe, an beatus?
od ſi diues: ſcito id neq; bonum eſſe, neq; omni-
penes te. Sin beatus: id & bonum eſſe, & penes
Nam opulentia quidem vſura eſt ad breue tem-
, a Fortuna conceſſa. Beatitudo vero ab animo
oluntate pendet.

De improbitate in diuitiis.

Vt viperam aut aſpidem ſcorpiumue in eburnea
aurea ciſta viſum, non ob materiæ pretium
gnifacis & diligis, ſed ob peſtiferam naturam

odiſti & auerſaris: ita cum in diuitiis & fort ſplendore improbitatem conſpexeris, noli per diuitiarum magnificentia, ſed peruerſitatem rum aſpernare.

Modeſtia non temere cum opulentia coniungitur.

Diuitiæ non ſunt in bonis: luxus in malis eſt deſtia in bonis. Modeſtia vocat ad frugalitate paranda bona: opulentia ad luxum, & abſtral modeſtia. Difficile igitur eſt vel in diuitiis mod am colere, vel in modeſtia parare diuitias.

Præteras æquo ferendá animo.

Quemadmodum ſi in naui conceptus aut n eſſes, eius eſſe gubernator non ſtuderes: ita ne terris diuitiæ tibi expetendæ ſunt. Neq; enim natura tecum cohæret nauis, neque hic opulen ſed vbiq; RATIO. Quæ vt tibi cognata & a na tributa eſt: ita eam tuam eſſe ducito atq; excol Si in Perſia natus eſſes, habitare in Græcia non peres, ſed ibi degens beatus eſſe. Cum autẽ in pertate natus ſis, quid diteſcere cupis, ac non po in ea eſſe felix? Vt in paruo lectulo coarctatum lere præſtat, quam in amplo thalamo voluptat ægrotare: ſic in paruis copiis anguſte viuere pr quam in magnis opibus afflictari. Non paupe dolorem parit, ſed cupiditas: neq; diuitiæ met berant, ſed ratio. Ratione igitur exculta, nec diui optabis, nec paupertatem reprehendes. Neq; eq ob præſæpe, phaleras & tapetes, neque auis ob cr & nidum inſoleſcit, ſed vterq; ob celeritatem, a pedum, altera alarum? Neq; tu igitur ob victur amictum aut vllas externas copias efferaris, ſed humanitatem & beneficentiam.

Diſcrimen beatæ & luxurioſæ vitæ.

Beata vita differt a luxurioſa. Nam illa quid modeſtia, animo ſua ſorte contento, bona conſ tudine, temperantia, frugalitate paratur: hæc temperantia, delitiis, perturbatione ordinis, imn deſtia; ac finis illius laudatio vera eſt, huius vitu

ra

Si ergo beate viuere cupis, ne captato laudem
u.Modus tibi omnis cibi & potꝰ eſto,prima ex-
o appetitus: condimentum & voluptas, ipſe
ppetitus. Sic neque pluſquam oportet ingeres,
coquis egebis,& quouis potu contentus eris.
dia & cœnæ ſint neq; petulantes, neq; ſeueræ,
ilares & frugales: vt neque propter corpora
tes perturbentur ineſcatæ voluptatibus,neque
ſas negligant,opum delitiis & morbis corporis
ctæ.

Animus curandus potius quam corpus.

urato vt non ea tantum quæ ventri ingeſſeris,
udent: ſed & animi hilaritas, nam illa quidem
ercus redacta,torrentis inſtar effluunt: hæc ve-
iam ſeparato animo, perpetuo incolumis ma-
In conuiuiis meditare, quemadmodum duo
, corpus & animum,tractes. Quicquid autem
ori dederis, ſtatim effunditur: quod animo,
etuo conſeruatur.

Ira luxui non miſcenda.

oli miſta iræ luxuria frui. Luxuria enim intra
us recepta, non multo poſt perit: ira vero diu-
ne permanet. Quamobrem vide,ne ira impul-
conuiuas laute ſimul & contumelioſe tractes,
t eos potius placabilitate & frugalitate exhila-
Apum enim muneribus cibos quidem & po-
es delinire, dono vero deorum oratione vitia
uam aculeo acerbe inſectari, turpe eſt. In ſer-
s curæ tibi ſit, ne miniſtri locupletiores ſint ijs
ous miniſtratur. Abſurdum enim eſt, multos
ines paucis ſeruire lectulis.

Æqualitas ſeruanda in conuiuiis.

ptimum ſane fuerit, tum apparandis rebus ne-
riis manum admouere, tum in conuiuio mi-
ris impertiri de iis quæ adſunt. Quod ſi per
pus præſtari commode nequiuerit: memento
otioſo miniſtrare negotioſos, edenti eſurien-
bibenti ſitientes, loquenti tacentes, exhilarato
ſtos. Sic nec ipſe inflammatus quicquam in-

epti in te admittes, neq; in alium abs te irrrita committes.

Contentio aliena conuiuiis.

Contentio cum omni loco aliena eſt, tum co uiorum ſodalitatibus indigniſſima. Neque e ebrius aliquis ſobrium quicquam docebit, neq brius ebrio quicquam perſuadebit. Vbi auten brietas abeſt, inanis & irritus eſt contētionis la Cicadæ canoræ ſunt, cochleæ ſiccæ: ac hæ qui humectatione, illæ apricatione gaudent: alter teſtis emergant, ros prouocat: alteras Solis a excitat, quo feruente cantillant. Quare ſi hi elegans & vrbanus eſſe voles, cum animus in uiuiis irroratus vino fuerit, tum noli commit vt prominens inquinetur. Sed cum in conciliis tione inflammatus fuerit: tum reſpondere iub iuſtitiæ canere oracula.

Diſputatio, eius qui cum diſſeras, moribus accommodanda.

Eum cum quo diſſeris, trifariam conſidera vt præſtantiorem, vel vt inferiorem, vel vt pa Qui ſi te ſit melior, audiendus eſt, eiq; parend inferiori perſuadendum, pari aſſentiendum. nunquam in crimen contentionis incides.

Veritati cedendum.

Præſtat veritati cedendo vincere opinion quam opinioni cedendo vinci a veritate. Q dum inquiris, non id dabis operam, vt quouis do vincas. Nam ea inuenta, id conſequeris, vincaris. Veritas ipſa penes ſeſe vincit, opin pud alios.

Virtus libertatis, ſeruitutis vitium eſt nomen.

Duo nomina ſunt Libertas & Seruitus: illud tutis, hoc vitii: vtrunq; voluntatis opus, quæ bus tributa non eſt, ea neutrum horum attir Animus vero dominari ſolet corpori, & iis quę pori adiuncta ſunt, volūtatis expertia. Nemo e ſtudio & voluntate ſeruus, liber eſt. Malū vincu

c

rtuna corporis, ſic animi vitium. Nam cor-
ıtus, vinctus animo: ſeruus eſt. Contra, ſo-
ımo, vinctus corpore: liber. Ac vinculum
corporis & natura morte, & vitium pecu-
luit: animi vero vinculum virtus magni-
nimi, doctrina exercitatione.

Tranquillæ vitæ ratio.

nquille placideque viuere cupis: operam
ontubernales tui omnes ſint boni. Erunt
oni, ſi eos inſtitueris, alios volentes, alios
ac poſtea ſubactos dimiſeris. Nam cum iis
rint, vna & improbitas fugiet, & vitium:
utem qui apud te manſerint, vna remane-
nitas, & libertas. Præſtat cum vno libero
n, ſecurum eſſe, & liberum, quam cum
ruire.

Quæ tibi fieri nolueris, ea ne feceris alteri.

perpeti recuſas, id ne cui feceris. Recu-
n ſeruitutem: caue ergo ne tibi ſeruiatur.
eruiri tibi paſſus fueris, te ante ſeruum eſſe
e eſt. Neque enim virtus cum vitio, neque
ıitute libertas quicquam commune habet.
is qui valet, neque ſe curari ab ægrotanti-
ıue contubernales ſuos ægrotare vult: ſic
ɔer neq; a ſeruis ſibi miniſtrari, neque con-
ſeruire ſibi vult.

Libertatis recuperandæ ratio.

bſque ſeruis eſſe cupis, ipſe ſeruitute libera-
eraberis autem, ſi cupiditate ſolutus fueris.
nim Ariſtides, neque Epaminondas, neque
ıs, quod diuites eſſent, & ſeruos haberent,
:us, alius deus, alius ſeruator eſt appellatus:
, quamuis pauperes, Græciam ſeruitute li-
t.

Rei familiaris tuendæ ratio.

:m familiarem probe adminiſtrare cupis.
ım Lycurgum imitare. Vt enim is non vr-

bem mœnibus cinxit, ſed ciues virtute mu
biſque libertatem perpetuo defendit: ſic tu
gnam domum complectere, neque altis
adornato, ſed habitatores beneuolentia, fid
tia confirma. Sic nihil eam mali ingredietur
vniuerſæ improbitatis turmæ impetum
fecerint.

Ædium ornamenta.

Noli tabulis & picturis ædes tuas occup
modeſtia, ſobrietate, temperantia depingit
enim aliunde accedit, impoſtura quadã ad
dos oculos adhibetur. Modeſtia vero eſt i
& indelebile & perenne domus ornament

Amicitia armentis potior.

Dato operam, vt multi amici potius, qua
boues in tua domo ſint.

Aſſentatores cauendi.

Vt lupus ſimilis eſt cani: ſic & adulator
ter, & paraſitus ſimilis eſt amico. Caue erg
ceptus, canum cuſtodum loco peſtilentes
mittas.

Benignitatis ſplendor.

Elaborare vt gypſo candefacta domus ir
tione ſit, luxurioſi eſt: animum vero benig
beralitatis illuſtrare, eſt & ſplendidi, & hun

*Parua contemnenda, magna ample-
ctenda.*

Si initio parua admiratus fueris, magni
te præbebis. Sin parua contemſeris, in m
admiratione. Nihil minutius eſt ſtudio vc
auaritia, arrogantia: nihil præſtantius ma
ne animi, clementia, humanitate.

Spes moderanda.

Nec nauem vna ancora, nec vitam vn
decet. Et pedibus & votis ea perambular
quæ fieri poſſunt.

*Magiſtratus non temere inuaden-
dus.*

Vt nauim gubernaturus, omnino gu

erdiſceres: ſic rempublicam adminiſtratu-
is regendæ rationem diſcito. Nam vt ibi
s nauim: ita hic quamuis vrbem, arte vtri-
:i cognita, regere poteris.

Ornamenta vrbium.

i propoſitum eſt vrbem donariis ornare: te
n primis illi dedicato pulcerrimũ manſue-
iuſtitiæ, beneficentiæ monimentum.

Amplitudo vrbium.

ne de Repub. mereberis, non ſi tecta ædi-
tum eduxeris: ſed ſi ciuium animos eue-
ræſtat enim in paruis domibus magnos ha-
nimos, quam in magnis ædibus humilia
re mancipia.

Mœnia vrbium.

Euboicis & Spartanis lapidibus ſtructura
n interpolanda eſt, ſed Græca diſciplina ci-
magiſtratuum pectora adornanda. Floren-
1 & tranquillas faciunt reſpub. virorum
on ligna & ſaxa.

Fortitudo ciuium, luxu potior.

nadmodum ſi leones alere velles, non tam
vinculorum quam ipſius animantis natu-
ires: ita ſi ciuibus præeſſe ſtudes, non tam
donariorum curato, quam virtutem in-
.

*Ciues pro varietate ingeniorum tra-
ctandi.*

bonus equiſo, non quidem bonos pullos
nes vero eſurire ſinit, ſed ex ęquo alit vtroſ-
d alteros acrius caſtigat, & alteris æquare
ta etiam is cui reſpublica curæ eſt, quique
ciuitatis rationem tenet, moderatos ciues
s afficere ſtudet, improbos vero neq; ſubi-
t neque victum illis eundem inuidet: ſed
atius caſtigat & vrget eum, qui rationi &
rſatur.

Vulgus non timendum.

nec ſtrepitu anſer, nec balatu ouis percelli-

tur:ita neque te væcordis multitudinis vox
Vt multitudo temere aliquid ſuum poſtu
non perturbat:ſic tu neque populum iniqu
bantem tibi reformidato.

Vltro præſtandum quod debetur.

Quod Reipublicæ debetur,id vltro confe
quam poſtuletur: ſic nunquam abs te pc
tur,quod non debetur.

Vltro & alacriter largiendum.

Quemadmodum Sol non exſpectat pr
præſtigias, vt oriatur: ſed ſtatim ſplendet,
mnibus ſalutatur: ſic neque tu applauſus
tus & laudationes exſpectato, vt benefacia
tro bene merere, & æque ac ſol amaberis.

Corpus ſordidiſſimum & moleſtiſſimu natura inſtinctu amamus.

Mederi animo eſt magis neceſſarium,qu
pori. Nam mors improbæ vitæ præſtat. Py
cebat,nihil inter vitam & mortem intereſſ
gatus a quodam, Cur ergo ipſe non moren
iſtuc ipſum, inquit, quod nihil intereſt. M
dam res eſt Natura,&,vt ait Xenophon,vit
Corpus enim omnium moleſtiſſimum &
ſimum diligimus & curamus. Quod ſi quin
tum diebus vicini corpus curandum eſſet:
re moleſtiam non poſſemus. Quam eſſet gr
ne, cum ſurrexiſſes, alienos fricare dentes
purgare corporis partes, quæ ad naturæ n
tem datæ ſunt? Omnino mirum quiddam
nos rem diligere, cui toties ſingulis diebu
mus. Impleo ſacrum hunc, deinde exoner
hoc moleſtius? Sed Deo me parere oportet
de cauſa non recuſo manere in vita,& miſe
corpuſculum lauare, paſcere, tegere. Cum
nior eſſem, etiam aliud quiddam mihi im
egoque nihilo minus id ferebam. Cur igit
gnatis,cum Natura corpus,quod dederat, v
fert? Amo id, aiunt. Ergo id quod modo d

ſum amorem Natura vobis dedit. Eadem
: Amitte ipſum iam, neque ſis amplius oc-
i. Si adoleſcens mortem obit, accuſat Deos,
ite diem fato abreptus. Si ſenex curis & ne-
nplicatur: quæritur ſe tum eſſe occupatum,
uieſcendum eſſet, & nihilo minus ingruen-
e viuere vult: accerſit medicum, orat ne vlli
 diligentiæ parcat. Mirabiles profectò ho-
qui neque viuere velint, neque mori. Lon-
tæ & deteriori, breuior & melior omnibus
nodis eſt præferenda.

Virtus diuitiis potior.

tiis vtendum eſt, vt materia quadam non in
eodem modo. Virtutem igitur omnibus
præſtat, quam diuitias inſipientibus pericu-
Pecuniis enim augetur improbitas: & quo
ſtultior eſt, eo magis inſoleſcit, cum volu-
ſuarum rabiem explere poteſt. Nemo aua-
no voluptarius, nemo ambitioſus eſt, idem-
manus: ſed ſolus honeſtatis ſtudioſus.

neſtas paupertas luxurioſis opibus potior.

madmodum in naui magna, eleganti & au-
uigans, mergi nolles: ſic ne velis in ædibus
bus & ſumtuoſis ſedens iactari tempeſtate.
ertate quiſpiam felix ætatem exegit, rariſſi-
o in diuitiis & magiſtratibus. Tantum ex-
upertatis bonum, vt nemo vir bonus pau-
m cum turpibus diuitiis commutatam ve-
forte olim Athenienſium ditiſſimus The-
es, Neoclis F. in egeſtate virtutis melior fuit
e & Socrate. Opulentia vero eius & ipſa eua-
elebrarique deſiit. Nam cum improbo vi-
orte vna pereunt omnia: honeſtas vero eſt
.

Deorum muneribus acquieſcendum.

itati ad conuiuium, eo quod adeſt fruimur.
s vero poſtulet a conuiuatore vt ſibi piſces
centas apponat: ineptus habeatur. In mun-
em multa flagitamus a Diis immortalibus,

quæ illi negant: idque, cum multa ſint qu
dederunt.

Quis alio præſtantior?

Lepidi homines ſunt, qui rebus noſtræ p
non ſubiectis glorianter. Ego te, inquit, ſu
or. Agros enim multos habeo, tu vero fam
ctaris. Alius ait: Ego ſum conſularis, ego p
tor: alius, ego ſum criſpus. Equus vero e
dicit, ego ſum te melior, quia multum pa
beo, multum hordei: freni mihi ſunt aurei,
ephippia: ſed, quia ſum te celerior, atq; ade
uis animal ſuapte virtute aut vitio, vel me
vel peius. Hominis ergo ſolius nulla eſt virt
capilli nobis ſpectandi ſunt.

Philoſophi munus, & veſtes, & aui.

Vt medici eſt, ægrotos: ita philoſophi, h
vitioſos monere. Medico quidem nihil co
ſuccenſent ęgrotantes, eumq; de ſua deſpera
te autumant. Cur vero erga philoſophũ eod
do affecti non ſunt, vt exſtiment, eum de e
tione ipſorum deſperaſſe, ſi nihil vtile præ

Tolerantia & corporis & animi ſan-
tatem arguit.

Qui corpore valent, & æſtus & frigora t
Sic qui animo bene conſtituti ſunt, & iram
rem, & lætitiam & cæteros affectus ferunt.

Lycurgi patientia & prudentia.

Lycurgi. Lacedæmonii facinus quis noſt
miratur? qui a ciue quodã, altero mulctatu
eum a populo ſibi traditum, vt ſuo arbitrat
ctaret, nulla quidẽ pœna affecit, ſed inſtituit.
iam virum bonum effeciſſet, in theatrum pr
Admirãtibus autem Lacedæmoniis: Hunc,
cum a vobis ſuperbum & iniuſtum accepiſſe
bis æquum & popularem reſtituo.

Pittaci clementia.

Pittacus quendam a quo læſus fuerat, cun
ctare poſſet, dimiſit: & veniã vltioni præſtar
quod illa manſuetæ, hæc ferinæ eſſet naturæ.

Pi

Parcere humanitatis eſt.

n cum vehementia & minis inuadis: me-
bi dicere, te manſuetum eſſe. Ita cum nihil
egeris, nullius facti te pœnitebit, neque
accuſaberis.

Labor vtilis.

nes vllum laborem bonum eſſe negauit,
s non eſſet fiducia, & animi potius quam
obur.

Raro delinquendum.

: raro delinquere, profitentem te ſæpius
n eſſe: quam raro peccare, ſi te ſæpe dicas
e.

oluptas an ſit ſecundum naturam?

s dicunt eos eſſe philoſophos, qui volup-
naturæ conſentaneam non putant: ſed
a quæ ſecundum naturam ſint, iuſtitiã,
n, libertatem. Cur ergo anim⁹ commodis
quæ minora ſunt, gaudet: maximis vero
non lætatur? Atqui. Natura mihi dedit
am: & ſæpe erubeſco, ſi quid mihi videor
e. Is motus mihi obſtat, quo minus vo-
bonum & vitæ finem ſtatuam.

Iudex verus.

libra nec a vera libra regitur, neque a fal-
r: ſic etiam iuſtus iudex, neque a iuſtis
neque apud iniuſtos cauſam dicit.
m recto non eget, ſic neque iuſtum iuſto.
s in alio prætorio ius dicas, quam ab ipſa
ius redditum fuerit.
udicare voles, neminem neq; accuſato-
reorum cognoſcito: ſed ipſum IVS.
ando minime errabis, ſi ipſe in vita nihil
eliqueris.
a condemnato immerito accuſari, ſi re-
a Natura iure reprehendi, ſi iniuſte iudi-

quo aurum exploratur, non & ipſe ab

auro viciſſim exploratur: ſic neque is qui fa
iudicandi eſt præditus.

Turpe eſt iudicem ab alio iudicari. Vt rec
rectius, ita iuſto nihil iuſtius.

Illuſtris viri frugalitas publice vtilis

Vt in portubus pyræ paucis ſarmentis m
edentes flammam, errantib. in mari nauib
tum adferunt adiumenti: ſic vir illuſtris
afflicta, ſi ipſe paucis ſit contentus, magna b
confert in ciues ſuos.

Agrippini virtus.

Agrippinus ob hoc laude dignus eſt, qu
vir eſſet præſtantiſſimus, nunquam ipſe ſe
uit: ſed & cum ab alio laudabatur, erubeſc
vir talis erat, vt ſemper aduerſæ rei, quæ ipſi
ſet, laudationem conſcriberet. Si febri cit
bris: ſi male audiebat, infamiæ: ſi exulaba
cum vero aliquādo pranſuro interueniſſet,
tiaret, iubere Neronem vt exulatum iret: E
quit, Ariciæ prandebimus.

Delictorum defenſiones quærimus.

Romanæ mulieres Platonis de Republ
in manibus habent, quod communes
mulieres eſſe cenſet. Verba enim viri illiu
ctuntur, non ſenſum. Is quippe non contra
trimonium, & vnum vnius vti conſuetudi
& poſtea communes vult eſſe mulieres: ſe
nuptiis repudiatis, aliud coniugii genus:
Omnino enim homines delictis ſuis para
ſiones gaudēt, cum philoſophia neget vel
temere eſſe extendendum.

Voluptates commendat rarior vſus

Rariſſimæ quæque voluptates maxi
ctant. Sed ſi quis exceſſerit modum, ſi
quæque fiunt moleſtiſſima.

FINIS.

IERONYMVS WOLFIus Lectori S.

…iam epiſtolas Epicteti, quæ cũ Simplicii Com-
…ntariis in Florentina Bibliotheca exſtare di-
…abere potuiſſemus: vt ne quicquam tam præ-
…ilosophi deſideraretur. Sed eas, vti ſpero, aliud
…ſitu & tenebris in lucem proferet. Nunc vero
…ercatione quamuis φσυδεπίχαρφον, vt opinor,
…i vice adiicere viſum eſt, ob exiguam tan-
…hartæ iacturam, quam vel vna ſententia
penſare poteſt. Vale.

…ERCATIO HADRIANI …AVG. ET EPICTETI PHILOSOPHI.

…DRIANVS. Quid erit nobis, ſi cinctum ſol-
…s, neq; nudaberis ipſe? Reſpice corpus, quo
…doceri poſſis. EPIC. Epiſtola eſt. HAD. Quid
…ola? EPIC. Tacitus nuntius. HAD. Quid eſt *Epiſtola.*
…EPIC. Veritas falſa. HAD. Quare hoc dixiſti? *Pictura.*
…idemus enim poma picta, flores, animalia,
…argentum, & non eſt verum. HAD. Quid eſt *Metalla.*
…EPIC. Mancipium mortis. HAD. Quid eſt
…m? EPIC. Inuidiæ locus. HAD. Quid eſt fer-
…IC. Omnis artis inſtrumentum. HAD. Quid
…us? EPIC. Regimen caſtrorũ. HAD. Quid eſt *Gladius.*
…or? EPIC. Sine crimine homicida. HAD. Qui
…i ſani ægrotant? EPIC. Qui aliena negotia *Curioſi.*
…HAD. Qua ratione homo laſſus non fit?
…Lucrum faciendo. HAD. Quid eſt amici- *Lucrum.*
…IC. Concordia. HAD Quid eſt longiſſi- *Amicitia.*
…EPIC. Spes. HAD. Quid eſt ſpes? EPIC. *Spes.*
…ti ſomnus, exſpectanti dubius euentus. HAD.
…ſt, quod homo videre non poteſt? EPIC.
…s animum. HAD. Qua re peccant homines? *Animus.*
…Cupiditate. HAD. Quid eſt libertas? EPIC. *Cupiditas.*
…ntia. HAD. Quid regi & miſero commune *Libertas.*

 Commune.

eſt? EPIC Naſci & mori. HAD. Quid eſt opt ac peſſimum? EPIC. Verbum. HAD. Quid eſt alii placet, alii diſplicet? EPIC. Vita. HAD. Q optima vita? EPIC. Breuiſſima. HAD. Quid e tiſſimum? EPIC. Mors. HAD. Quid eſt mors? Perpetua ſecuritas. HAD. Quid eſt mors? EPI menda nulli, ſi ſapiens degat: Inimica vitæ, amantium, Metus parentum, Liberorum Teſtamenti gratia, Poſt obitum ſermo, Supre crymæ, Poſt memoriam obliuio, Fax rogi, Or pulcri, Titulus monumenti: Mors omnium rum finis eſt. HAD. Quare mortuus coror EPIC. Agonem ſe vitæ tranſegiſſe teſtatur. Quare mortuo pollices ligantur? EPIC. Vt poſt obitum eſſe † ſe neſciat. HAD. Quid eſt lo? EPIC. Quem multi deuitant, & nemo e HAD. Quid eſt rogus? EPIC. Contentio c perſolutio debiti. HAD. Quid eſt tuba EPIC incitamen, Caſtri ſignum, Arenæ admonitic næ commiſſio. Funeris deploratio. HAD. Q monumentum? EPIC. Saxa ſtigmoſa, Otio toris ſpectatio. HAD. Quid eſt homo pauper? Quem vt puteum deſertum omnes aſpiciunt, loco illum relinquunt. HAD. Quid eſt homo? Balneo ſimilis. Prima cella tepidaria vnctuar fans natus perungitur. Secunda cella ſuda pueritia eſt. Tertia cella aſſa, perferētaria iuu Quarta cella frigidaria, ſenectus, omnibus ſententiam. HAD. Quid eſt homo? EPIC. Po milis. * Poma vt in arboribus pendent, ſic ſ corpora noſtra: aut matura cadunt, aut, ſi cito, ba ruunt. HAD. Quid eſt homo? EPIC. Sicut lu in vento poſita. HAD. Quid eſt homo? EPIC. hoſpes, Legis imago, Calamitatis fabula. Ma um mortis, Vitæ mora: quo fortuna ſæpe ſu dos facit. HAD. Quid eſt fortuna? EPIC. Vt m na nobilis, quæ in ſeruos ſe impingit. HAD. eſt fortuna? EPIC. Sine iudicio proxima meta enorum bonorum caſus: Ad quem venit, ſpl

Sermo. *Vita.* *Mors.* *† ſeſe ſciat.* *Tuba.* *Tumba.* *Paupertas.* *Homo.*

Videtur eſſe diſtichon, ſic legendum: Poma vt in arboribus pendēt, ſic corpora noſtra. Aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

Fortuna.

endit: a quo recedit, vmbram facit. HAD.
int autem fortunæ? EPIC. Tres. Vna cæca,
libet ſe impingit: & alia inſana, quæ conce-
aufert: tertia ſurda, quæ miſerorum preces
udit. HAD. Quid ſunt dij? EPIC. Oculorum *Dii.*
entis numina. Si metuis, timor eſt: ſi con-
ligio eſt. HAD. Quid eſt ſol? EPIC. Splendor ☉
ui tollit & ponit diem, per quem ſcire nobis
horarum datur. HAD. Quid eſt luna? EPIC. ☾
utrix, Noctis oculus, Fax tenebrarum. HAD.
ſt cœlum? EPIC. Culmen immenſum.
uid eſt cœlum? EPIC. Aer mundus. HAD. *Cœlum.*
int ſtellæ? EPIC. Littora gubernatorum ✶
uid eſt terra? EPIC. Horreum Cereris. HAD.
t terra? EPIC. Cellarium vitæ. HAD. Quid *Terra.*
? EPIC. Iter incertum. HAD. Quid eſt na- *Mare.*
IC. Domus erratica. HAD. Quid eſt nauis? *Nauis.*
bilibet hoſpitium. HAD. Quid eſt nauis?
Iumina Neptuni, Anni curſuum tabellari-
D. Quid eſt Nauta? EPIC. Amator pelagi,
eſertor, Contemtor vitæ mortiſque, Vndæ
HAD. Quid eſt ſomnus? EPIC. Mortis ima- *Somnus.*
D. Quid eſt nox? EPIC. Laboranti requies, *Nox.*
ti lucrum. HAD. Quid eſt culcitra? EPIC. *Culcitra.*
is volutatorium. HAD. Quare Venus nu-
tur? EPIC.

Venus picta eſt: nudi pinguntur amores. ♀
s hæc nuda placet, nudos dimittat oportet.

uare Venus Vulcano nupta eſt? EPIC. Oſten- »
orem ardore incendi. HAD. Quare Venus »
ſt? EPIC. Quia prauus eſt amor. HAD. Quid »
r? EPIC. Otioſi pectoris moleſtia, in puero *Amor.*
n virgine rubor, in fœmina furor, in iuuene
n ſene riſus, in deriſore delicti nequities eſt.
uid eſt Deus? EPIC. Qui omnia tenet. HAD. *Deus.*
t ſacrificium? EPIC. Delibatio. HAD. Quid *Sacrificiũ.*
ſocietate? EPIC. Regnum. HAD. Quid eſt re- *Regnum.*
EPIC. Pars deorum. HAD. Quid eſt Cæſar? *Cæſar.*
Publicæ lucis caput. HAD. Quid eſt Senatus? *Senatus.*

EPIC, Ornamentum vrbis, Splendor ciuium.

Miles. Quid eſt miles? EPIC. Murus imperii, Defenſ triæ, Glorioſa ſeruitus, Poteſtatis iudicium.

Roma. Quid eſt Roma? EPIC. Fons imperii orbis rum, Mater gentium, Rei poſſeſſor, Romar contuberniũ, Pacis æternæ conſecratio. HAD

Victoria. eſt victoria? EPIC. Belli diſcordia, Pacis

Pax. HAD. Quid eſt pax? EPIC. Tranquilla libertas

Forum. Quid eſt forum? EPIC. Templum liber

Amici. Arena litigantium. HAD. Quid ſunt amici? Statuæ aureæ ſunt. HAD. Quid eſt amicus? Pomo citreo ſimilis, foris beatus: nam int

acinum ctus * acidum occultat * malo. HAD. Quid

Paraſiti. paraſiti? EPIC. Qui tanquam piſces adeſcantur.

HVIC DIALOGO PROPT ET SIMILITVDINEM ET gantiam, Problemata Thaletis & aliorũ adſcribere viſum eſt.

PHILOSOPHORVM.

QVid eſt omnium antiquiſſimum? ortu enim caret.

Quid pulcerrimum? MVNDVS, opus Dei.

Quid maximum LOCVS. Capit enim om

Quid velociſſimum? MENS. Nam perc mnia.

Quid potentiſſimum? NECESSITAS. On enim dominatur.

Quid ſapientiſſimum? TEMPVS. Inueni omnia.

Dieſne prior fuit, an nox? Nox vno d exſtitit.

Quid eſt difficile? SESE NOSSE.

Quid facile? ALIVM MONERE.

Quid ſuauiſſimum eſt? VOTI FIERI POTEM.

d raro, vel (nam & ſic intelligi poteſt τὸ δύ-
ϑεάσασϑ) cum moleſtia ſpectatur? SENEX
NNVS.

) pacto calamitatem facilime feras? Si cum
is tuis peius agi videas.

) pacto optime iuſtiſſimeque viuemus? Si
ıon fecerimus, quæ in aliis reprehendimus.

s eſt BEATVS? Qui & corpore ſano eſt, & ani-
ıe inſtituto.

Beatitudo eſt, Mens ſana in corpore ſano.

n inter vitam & mortem nihil intereſſe di-
non moreris? Quia nihil intereſt.

ent ne Deum iniuriæ hominum? Imo ne co-
nes quidem.

ſnam ſapientiæ primas tenet? DEVS. Tri-
& Soloni.

id eſt numen? Quod neque principium, neq;
habet.

is pulcer? Non qui faciem exornat, ſed qui eſt
moribus præditus.

ıe adoleſcenti vxor ducenda? Nondum venit
ıs.

vero ingraueſcente ætate? Iam præteriit
us.

Muſæi.

de oriuntur omnia? Ex vno, & in idem reſol-
ır.

Anaxagoræ.

s omnes ſimul fuerunt: ſed Mentis interuentu
linem redacta ſunt omnia.

Pythagoræ.

ıis eſt ſapiens? Nullus homo, ſed ſolus Deus.

Apollinis.

σοφίη πάντων πρῶτος: τοῦτο τρίποδ᾽ αὐδῶ.
ius eſto tripos, cuius ſapientia vincit.

Thaletis, aut Socratis.

b hæc tria Fortunæ gratiam habeo: quod ho-
um, non beſtia: quod vir, non mulier: quod
cus, non Barbarus.

Anicula Thaleti prolapſo in foueam.

Cum ea quæ ante pedes ſunt, videre nequea taſne te cœleſtia cogniturum?

Thaletis.

Non deterius eſt adulterio periurium.

Solonis.

Quo pacto maxime deterreri poſſunt hon ab iniuriis? Si ij qui læſi non ſunt, æque iniq nimis tulerint, atque ij qui læſi ſunt.

Cur deploras filium, cum lacrymis nihil pr as? Ob hoc ipſum, quod nihil proficio.

Æſopi, a Chilone interrogati.

Quid agit Iupiter? Alta deprimit, extolli milia.

Chilonis.

Eruditi qua re præſtant indoctis? Spe bona.

Quid eſt difficile? Arcana tacere, otium rect locare, iniuriam poſſe ferre.

Cur aliis non maledicendum? Ne audias velis.

Quid agendum potenti? Adhibenda cler tia, vt homines eum magis reuerentur quam mident.

Pittaci.

Quid eſt optimum? Ea quæ adſunt, boni fulere.

Quod imperium eſt optimum? Depicti li hoc eſt, legum.

Biantis.

Quis eſt infelix? Infelicitatem ferre non poſ

Ea quæ fieri nequeunt oppetere, & aliena n non recordari, quid eſt? Morbus animi.

Quid eſt difficile? Res mutatas in peius pu ferre.

Quid agendo homo delectatur? Lucrando.

Adoleſcentia quod viaticum ad ſenectutem rare ſibi debet? Sapientiam & eruditionem, qu poſſeſſio conſtantior eſt rebus cæteris.

Quid ſuaue eſt hominibus? Spes.

Cleob

Cleobuli.

Vi s pater habet 12. filios,quorum ſingulis ſunt fili forma diſſimili, aliæ albæ,aliæ nigıæ. Quæ an is immortales, tamen omnes intereunt. tic oc eſt? Annus.

Periandri.

Qu cuſtodia principis optima? Si beneuolen- nc armis muniatur.

Anacharſidis.

'it quot vuas gignit? Tres: primam volupta- ilt am ebrietatis,tertiam moleſtiæ.

Qu ratione vitabis ebritatem? Si ebriorum de- ni tem ob oculos tibi poſueris.

Qu ıtum a morte abſunt nauigantes? Quatu- ig os.

Qu naues ſunt tutiſſimæ? In naualia redu-

la gantes quo numero habendi? Neque inter is eque inter mortuos.

Qu apud homines idem & bonum eſt, & ma- ? ingua.

u eſt forum? Certus locus, in quo alius ali- al t & circumueniat.

Myſonis Chenei.

nc petenda eſt oratio? E rebus & factis: non es: facta e verbis. Neque enim verborum cauſa res geruntur, ſed propter res verba fiunt.

FINIS.

PLVTARCHI
BELLVS, QVO DERI
STOICOS, VT ADMIRABILI

locutos quam Poetas: Hieronymo Wol
ſio interprete.

Iuſtius Stoicorũ ſapientem, quam Pindari Cæneum derideri.

PINdari Cæneus reprehenſus fuit, quod ſ
veri ſpecie ferro imperuius, & inuiolat
pore fingeretur: ac demum recto pede
a ſe diffiſſam inuulneratus ſubierit. At Stoi
pitha, velut ex adamantina materia, indoler
fabrefactus: non ille quidem eſt inuulne
neque morborum & doloris expers, ſed m
curus, hilaris, inuictus, liber quamuis vulr
doleat, torqueatur, in excidio patriæ, in hui

Epictetus animi robur huiuſmodi caſibus opponit.

cladibus. Pindari Cæneus ictus non vulr
Stoicorum vero ſapiens, incluſus non prol
præcipitatus, non cogitur: extortus, non cri
ambuſtus non læditur, in lucta proſtratus r
citur: vallo circumdatus, non obſidetur:
datus ab hoſte, non eſt captiuus: nauigior

Εὔπλοια καὶ πρόνοια σωζουσι θεραπεία.

diſſimilis, quæ cum inſcriptionem habeant
nauigationis, & prouidentiæ curæque ſer
tempeſtate iactantur, alliſæ ſcopulis frang
euertuntur. Euripidis Iolaus ſubito ex in

Subitæ mutationes Stoici ſtulti & ſapientis.

effœto adoleſcens & robuſtus ad pugn
quodam exſtitit. Stoicorum vero ſapiens,
odioſiſſimus ſimul & peſſimus, hodie ſubi
tutem tranſmigrauit: & e rugoſo pallido
ſo, afflicto & ærumnoſo ſene, decorus, De
formoſus euaſit. Vlyſſi Minerua rugas, c

Animi pulcritudo conſideratur, nõ corporis.

& deformitatem abſtulit, vt pulcer apparer
tum autem ſapiens, non recedente ſenio a
ſed augeſcente, & cum circumuallante,
forte gibboſus, edentulus, luſcus: neq, tur
deformis, neque tetro aſpectu eſt. Nam vt
us, relictis vnguentis, oletum perſequi di
Stoicus amor turpiſſimorũ & deformoſiſ

tudine vſus, eoſdem per ſapientiam pulcros
oſos factos auerſatur. Fingamus, apud Stoi-
uem mane fuiſſe peſſimum, idem veſperi
imus, & cum attonitus, rudis, iniuſtus, petu-
que etiam ſeruus, pauper, egenſque obdor-
eodem die reſurgit ſapiens, rex, diues &
factus modeſtus, iuſtus, conſtans, opinionis
imberbes & impubis, iuuenili & tenero cor-
nimo infirmo, effœminato, molli & incon-
mentem perfectam, ſummam prudentiam,
n affectionem, ſcientiam ab opinione re-
conſecutus, quamuis improbitas in eo nihil
niſerit, ſubito, parum abeſt quin dicam he-
uis, aut genius, aut Deus ex animali peſſimo
Nam qui Virtutem e Stoa petierit, ei dicere *Stoica Vir-*
pta quicquid vis, id optatum feres, hęc diui- *tus Amal-*
rt, regnum habet, felicitatem largitur, for- *thea cornu.*
facit, nullius rei egentes, ſua ſorte conten-
etiam qui ne denarium quidem domo ſecũ
ant. Poeticus ſermo, quo decorum ſeruet,
m Herculem rebus neceſſariis egere ſinit:
t e fonte ipſi & ſuis copiæ affluũt. Qui vero *Facta dictis*
Amaltheam acceperit, diues ille quidem *non conſen-*
ſt, ſed victum ab aliis emendicat: Rex eſt, *tanea.*
pta ſtipe ſyllogiſmos reſoluit: omnia ſolus
ſed mercedem ædium ſoluit, & farinã emit,
m ſæpe ab iis mutuatus, qui nihil habent.
ſis ille Rex, cum ſe cognoſci nollet, mendi-
uam maxime poteſt, ſe facit mendico turpi
. At Stoicus Rex clamitans & vociferans,
eſſe regem, ſe ſolum eſſe diuitem, ſæpe in
foribus conſpicitur, dicens:

eſtem dato Hipponacti: „
alde algeo, horreoq;. „

ALIVS PLVTA CHI LIBELLVS, EODEM TERPRETE: QVI GRYLLVS A nitu porcorum (qui Græcis γρυλλισμὸς eſt) inſc lectu non minus iucundus quam vtilis: quo d (quod quidem & deplorandum & deteſtand pleraſq; beſtias naturæ congruentius viuere, & oribus vitiis contaminatas eſſe, quam vulgu num. Conſideremus, Lector, quales ſimus quid Deo reſponſuri ſimus.

PERSONÆ DIALOGI

Vlyſſes. Circe. Gryllus.

VLYSS.

Vlyſſis ambitio & vacordia perſtringitur.

ISTA quidem intellexi, Circe, ac memi modum autem ex te audire cupio, nunqu iſtos, quos in lupos atque leones mutaſt cos aliquos habeas? C. Multos, ſuauiſſir ſes. Cur autem interrogas? V. Quod (perſuaſum habeo, mihi perquam honorific apud Græcos, ſi iſtos tuo beneficio priſtina reſtitutos acciperem, ac homines denuo re ne ſcilicet præter naturam in beluarum cor ſeneſcentes, adeo miſerabiliter atque ignc viuerent. C. Tanta eſt iſtius hominis inſ ambitionem ſuam non ſibi tantum & ſocii enis etiam calamitoſam eſſe oportere pute rumne, Circe, me abſurda iſta oratione, q modum alios, Cyceone tuo propinato, reddere ſtudes? Quid enim? Non ero belu ſuaderi mihi patiar, calamitoſum eſſe, hon belua fieri? C. Quaſi vero tu non longe al de te ipſo conſulueris, qui vitam immortale nectutis expertem agere mecum recuſans, lierem mortalem, vel anum potius iam eff

:eri libet, per infinita adhuc pericula prope-
bitione videlicet amplificandi nominis va-
glorioſæ ſtudio incitatus, vmbram inanem
lacrum vero bono præferens? V. Sint iſta
vt dicis, Circe. Quid enim neceſſe eſt nos
m re contendere toties? Viros vero iſtos di-
beros, mihique dona. C. Minime vero iſtuc
e fiet, vt tu putas. Nec enim ſunt vulgares
ı, ac plebeii. Sed tu prius eos interroga, vtrū
iec ne? Quod ſi negarint, perſuade illis, ſi
eſt eloquentia. At ſi ipſi diſputando te vi-
ſatis tibi ſit, tam male te & tibiipſi, & tuis
nſuluiſſe. V. Quas mihi delicias facis, o be-
ui enim iſti vel audient, vel reſpondebunt,
ni, ſues & leones fuerint? C. Bono animo
hominum ambitioſiſſime. Ego efficiam,
elligere & diſputare queant, vel vnus potius
n munere fungetur. En cum hoc diſſere. V.
ım nomine appellabo? Ecquis hominum
C. Quid iſtud ad rem? verum, ſi placet, Gryl-
ella. Ego autem interim cedam, ne diſſi-
ſententia ſua, ad gratiam loqui ac diſputare
r. G. Salue Vlyſſes. V. Et tu Grylle. G. Qua
terrogare vis? V. Intelligo vos homines
Miſeret me igitur ſortis iſtius cum veſtrum
n, tum (vti par eſt eorum clade in primis
ſi qui Græci ſunt inter vos. Quare modo *Gryllus mauult eſſe porcus quam homo.*
etii, vt quicunque veſtrum id vellet, eum
, priſtinæque figuræ redditum, abire no-
pateretur. G. Deſine Vlyſſes, neque quic-
tra dicas. Omnes enim valde te deſpici-
n intelligamus falſo prædicatam eſſe tuam
tiam, & eximiam quandam præter cæteros
am, vt qui incircumſpecte prorſus mutatio-
eterioribus in meliora metuendam ducas.
emadmodum pueri a medicorum phar-
horrent, & illas modeſtias fugiunt, quæ &
& mentis pariter ſtatum immutant, ac v-
& ſanitati & integritati conſulunt: ſic tu

valde caues,ne alius ex alio fias. Et tu ipſe ho
expaueſcis cum Circe degere, metuens ne te i
ſidias aut ſuem aut lupum faciat: ita nobis p
dere ſtudes, qui copiis omnibus rerum iucu
marum circumfluimus, vt & his, & ea quæ h
auctor eſt,relictis,vna tecum ſoluamus,denu
homines: quibus nullum aliud animal eſt
us,adeo vt miſeria ſua quaſi delectari videant
Tu mihi Grylle videris illa potione non ſo
tantum,ſed mentem etiam penitus amiſiſſe
refertus tam abſurdis & peruerſis atque præp
cogitationibus. Niſi forte conſuetudinis qu
in iſto corpore voluptas præſtigias tibi fece
Neutrum iſtorum in cauſa eſt, Rex Cephal
quod ſi diſputare nobiſcum, quam nos cri
malueris, mox tibi aliud perſuadebimus, vt
vitæ genus experti: ac oſtendemus, hæc a
non iniuria illis præferri. V Enimuero vos au
ac lubens. G. Et nos parati ſumus ad dice
Eſt autem a virtutibus, tanquam ab ipſo cap
ceſſenda diſputatio: quæ,vt apparet,maxim
bis animos faciunt: quaſi & iuſtitia & prude
fortitudine, & ſi qua ſunt alia huius generis
præſtetis reliquis animantibus. Reſponde m
tur,vir ſapiẽtiſſime. Audiui enim te Circe al
do commemorantem de Cyclopum terra,qu
neque arari neque plantari quicquam in ea
adeo tamẽ bona & fœcunda eſſe diceretur,vt
generis fructus vltro ferret. Vtrum igitur ha
dandam magis cenſes, an tuam illam Ithaca
prarum altricem, aſperam atque ſterilem, a
magnis multiſq; culta laboribus,& parua &
& vilia gignat agricolis? Neque vero velim te
ter hoc, atq; iniquo animo ferentem,amore
impulſum,aliud quam ſentias reſpondere. V
quidem (fatendum eſt enim) magis & pluri
meam patriam,laudo vero & admiror illam.
tebimur igitur iam id, quod ſapientiſſimus
num affirmat: alia quidem laudanda ac prol

Quanto per ſe fœcundus ager præſtãtior ſit laborioſe culto: tanto potiorem eſſe virtutem beluarum humana.

Abſurdũ alia laudare, alia ſequi.

ro ſequenda eſſe, & amplectenda. Sic autem illud accipio,quaſi idem de animo quoque reiſſes. Nam eadem eſt illius quæ præſtantis ſoli vt preferēdus is videatur,qui virtutem ex ſeſe fructum ſponte natum proferat abſque nego- labore. V. Non repugno. G. Iam igitur illud largiris,beluarum animum aptiorem eſſe, & tiorem ad gignendam virtutem, quam ſine io,ſine doctrina,tanquam ager neq; ſubactus conſitus, vnicuique in ſuo genere conueni- proferat, & ipſius naturæ vi perficiat. V. Et andem virtus eſt,o Grylle, cuius etiam beluæ rticipes. G. Et quæ tandem, qua non longe at mortalium omnium ſapientiſſimum? In- primum,ſi placet,fortitudinē, quæ tibi tollit os. Magnificum enim quiddam & præclarum nſes, ſi audacis atque vrbium euerſoris titulo ere: cum tamen, vir nocentiſſime, dolis & ibus, homines ad ſimplicē & generoſum belli im aſſuefactos, ignaros impoſturæ & menda- n, calliditate circumuentos viceris, improbi- q; honeſto vocabulo velaris, cum virtus im- tatem nullo modo admittat.

Fortitudo Vlyſſis inſidioſa.

At vero beluarū nina cum inter ipſas, tum contra vos, vides ſint expertia fraudis,quamq; ſimplicia: vtq; opugnent, ac defendant, maxime fretæ ſuis s ac robore? idque faciunt neque coactæ legi- eque metu actionis deſertæ militiæ: ſed ipſa a duce vinci timent, animumque infractum inſuperabilem ad extremum vſque ſpiritum nt. Nec enim eas ſuccubuiſſe putandum eſt atis corporibus: neque deſpondent animos, æliis immoriuntur. Quin etiam robur & ira- a decedens e multis iamiam moribundis, e colligens in vna aliqua parte corporis, re- nterficienti, palpitat, indignatur, donec tan- flamma quædam oleo deficiente prorſus ex- a intereat. Non ſupplicant,non commiſerati- mouent,non deprecantur,non ſeſe victas eſſe

Fortitudo beluarum.

Magnanimitas beluarū & libertatis amor.

confitentur. Neq; etiam ſeruit leoni leo, nec equo propter fortitudinem: quemadmodum ... mo homini, ſeruitute ignauiæ cognata, æqu... mo acquieſcens. Quaſcunq; autem feras, hor... laqueis aut dolis ſubegerunt, adultas ſaltem: nec cibo guſtato, & ſiti conſtantiſſime tolerat... cem ſibi ſumma cum voluntate conſciſcunt. ... earum quidem & catuli per ætatem flexibil... huc & teneri, multis adhibitis delinimentis ... illecebris fallacibus, per præſtigias volupta... quæ contra eorum naturam ſunt, tandem d... ac victi, cicurari ſeſe patiuntur, ſiue id effœm... potius eſt. Feras igitur maximo eſſe robore an... rum præditas, eoque naturali: hominum a... audaciam præter naturam eſſe, vel ex illo m... perſpicuum eſt. Nam in beluarum genere, e... eſt maris & fœminæ fortitudo, ſiue quid ope... ciendum, ſiue ea quę procreata ſunt defendēd... Nonne de Crommyonia ſue audis, cui ſexus f... neus minime obſtitit, quo minus Theſeo pl... negotii faceſſeret? & Sphinga illam non adeo... entia iuuiſſet, ad Phycium in edito loco ſede... ac ænigmata & griphos nectentem, niſi rob... fortitudine Thebanis longe præſtitiſſet. Ibide... cubi etiam de Telmeſſia vulpe cuius aſtuta ce... tur improbitas audis, & in vicinia de ſerpente... cum Apolline de oraculo Delphico certarit. A... autem rex veſter, optimo conſilio acccepit a S... nio illo, qui cupiebat immunis eſſe a militia. ... enim non malit præſtantem equam, victori... cupidam, quam virum ignauum? Ipſe porro... dales & leænas ſæpe vidiſti, quæ fœmellæ cum ... nihil de impetu ac ferocia & robore maribus ... cedunt: longe aliter quam tua vxor, quæ te ... militante, ipſa domi ad focum deſidet, hirun... bus ignauior contra eos a quibus & ipſa & ... miliaris per iniuriam petitur, quamuis Lacæn... Quorſum igitur mulieres Caricas & Mæonid... feram in medium? Nam vel ex his perſpicuu...

Fœmellarū inter beluas eadem fortitudo quæ marium.

Crommyonia ſus.

Sphinx.

Vulpes.

Serpens.

Equa.

Penelopes ignauia.

on a natura habere fortitudinem, ſiquidem lieres deſtituuntur. Itaque vos coacti legique vltro neque volentes, ſed ſeruili quadam tudine & probris & opinionibus aduentiluſti, vel impulſi potius, fortes eſſe medita aboreſque & pericula ſuſcipitis & ſuſtinetis, od id ſine horrore ac metu fiat: ſed quod alia m illa formidatis. Nam quemadmodum m tuorum primus quiſque leuiſſimum reccupat, non quod deſpiciat alium grauio- quod eum fugit & auerſatur: ſic qui plagam ,ne vulnera accipiat, & in aciem defenſionis ſcendere mauult quam ignominioſo geneicii occidi: non is illa fortiter aggreditur, liis trepide ignauiterque refugit. Vnde apveſtram fortitudinem nihil eſſe aliud niſi em timiditatem: audaciam vero metum ſociatum, qua alia per alia defugiantur. e ſi fortitudinis laudem feris præreptam qui fit vt poetæ veſtri, ſi quem, vt præclare iere functum, in prælio celebrare volunt, ationes de apris, lupis atque leonibus affe. n autem virorum impetu leones atq; vrſos es reddere ſtudeant? Inde illud nimirum d quemadmodum veloces ventis, formoiis ſimiles (ne quid omnino ad laudis amem poſſit adiici) eſſe prædicant, ſic egrelatores cum præſtantioribus cenſent eſſe ndos, iis videlicet quæ per contemtum catis animalia. In cauſa eſt autem, quod a ceu color atque acies ſeu cos eſt fortitui feræ in certaminibus habenas omnes laeſter autem impetus, ratione temperatus, num aqua infuſa, ſic diluitur, & euaneſcit lis, nec ſat nauiter inſtat atque vrget. At m e vobis, qui in pugnis omnino repudienſeant iracundiam, eaque reiecta ſobrie erque dimicandum: quos equidem ſalutis ationem non nego, verum ſi audaciam de-

Virorum coacta fortitudo.

Poetarum imagines ſumta a feris.

Iracundia cos fortitudinis.

fenſioni vindictæque neceſſariam ſpectes, abſurdius? Nam qui conuenit vos naturam in iudicium vocatam, ream agere, quod corpo veſtris neque ſtimulos addidit, neque vos den armauit, neque aduncis vnguibus inſtruxit, ipſi inſita animis arma reprimatis atque abiic V. Papæ Grylle, quam acutus mihi ſophiſta videris, qui nunc e roſtro ſuillo ſuggruniens tutam quæſtionem tam egregiis argumenti firmaris? At cur non ordine de temperant dicendum eſſe cenſuiſti? G. Quo exſpectabam vt tu hæc quæ dicta ſunt, prius reprehenderes autem, vt video, de temperantia ſtudes audir quod pudiciſſimæ mulieris maritus es: tum quod exemplum eſſe continentiæ te ipſum c ob ſpretum Circes concubitum. Neque v re vlli animalium, ſi continentiæ ratio habe præferendus, quæ relicto congreſſu præſtanti amatorias illecebras & voluptates in ſuo q genere conſectantur. Nō igitur mirum eſt, ſi, admodum Mendeſius in Ægypto hircus cu tis & elegantibus concluſus mulierculis, abl ab illarum amplexibus fertur (nam capra quarum ille amore magis deperit) ſic & tu c ta inuſitatis præferens, ſortis humanæ mem Dea in eodem dormire lecto recuſas. At Pe modeſtiam cornices innumerabiles glotie debunt, atque deſpicient: quarum nulla poſt coniugis obitum, nedum ad breue t ſed totas nouem ætates hominum vidua n Itaque tua Penelope a ſingulis cornicibus vincitur. Enimuero quoniam intellexiſti phiſtam eſſe, ordine quodam in diſputando diar, & temperantiæ definitione conſtitut piditatibus in genera diſtributis. Eſt igit perantia, modus atque ordo quidam cupidi

Continentia Vlyſſis eleuatur.

Mendeſius caper mulieribus capellas præfert.

Cornices Penelope modeſtiores.

Temperantia definitio.

» qui vt accerſitas atque ſuperuacaneas tol
» neceſſarias non vltra id quod ſatis eſt, quodc
» euagari patitur. Appetitionum autem imr

qi

am eſſe pelagus, te non præterit. Nam cibus
s, & ſecundum naturam, & neceſſarii omni-
? At rei venereæ illecebræ, etſi earum initia
a proficiſcuntur: tamen cum etiam ſine illis
commode viui poſſit, naturales ex eo qui
on etiam neceſſariæ ſunt appellatæ. Earum
lluuies, quæ neq; naturales, neque neceſſariȩ
l extrinſecus ab inani opinione atque negle-
gnoratione decori honeſtique ſeſe affunde-
arum abeſt quin veſtro in genere naturales
atq; exterminarit: perinde vt in rebuſpub-
i ſolet, cum indigenæ & ciues ab aduena-
inquilinorum multitudine opprimuntur.

Appetitiones neceſſariæ, Naturales, Superuacuæ.

grinis affectibus in animis beluarum nul-
t aditus, nulla conſociatio datur: earumque
cul ab omnibus vanis opinionibus, tan-
tempeſtuoſo mari, diſſita atque remota eſt:
rorſus a veſtra illa (ſi Diis placet) elegantia
ia. Temperantiam igitur, vt quæ neque co-
itque inſitis, neque adſcititiis & peregrinis
itibus violatur, conſtantiſſime retinent atq;
, & a naturæ præſcripto ac legibus non ab-

Bruta ſuperuacuis appetitionib. careant: in neceſſariis naturam optimam ducem ſequuntur.

de quidem non minus olim, quam te nunc,
ita reddebat attonitum, vt nihil cum illo
n comparandum: argentum & ebur in ſui
bat amorem ac admirationem: quarum
opiis vt quiſque maxime abundabat, ita
e a me prædicabatur & beatus & Diis carus,
Phryx eſſet, ſiue Car Dolone abiectior, aut
or Priamo. In eo erant omnes cupiditates
æ: adeo vt cæterarum rerum, quæ multæ
beres erant, nullum in vita fructum per-
: orbatusque mihi viderer, ac deſtitutus
is in vita bonis. Itaque (nam memini)
Creta te vidiſſem veſte ſplẽdida, cuiuſmodi
n feſtiuitatibus vti, exornatum: neque pru-
n admirabar, neq; virtutem tuã, ſed exqui-
c inſolitam tunicæ ſubtilitatem, purpureiq;
iolliciem, inque ſola pulcritudine mentem

Auaritia humana, & vanitas.

Veſtis maior admiratio, quam hominis.

ır. Non opus eſt ei picem
tā admouere vt ea dicat
iouit, ſed puellæ nutus
s ita tulerit) eum con-
:, Cæſariani blanditiæ,
ſtratus aut hæreditatis
itas, alia denique id ge-
xcenta. In vniuerſum i-
tenendum eſt, arcanas o-
nes fidem poſtulare, de-
que talia. Ea vero nunc
auenire procliue eſt? O-
le mihi hominem ſic af-
m, vt dicat, Mihi ſolæ
res curæ ſunt, quæ pro-
ri nequeunt, quæ natura
liberæ. Hanc naturam
habeo, cætera vero fiant
s tempuſq; tulerint: mea
refert.

ἐγὼ περιερχόμενος πᾶσιν ἀν-
θρώποις, τὰ ἐμαυτοῦ ἂν ἔλεγον,
εἰ τούτου ἕνεκα ἔμελλον πιστὸς
καὶ αἰδήμων εἶναι. τὸ δ' ἐστὶν
οὐ τοιοῦτον· ἀλλὰ δογμάτων
δεῖ, οὐχ ὧν ἔτυχεν. ἂν γοῦν τινα
ἴδῃς περὶ τὰ ἀπροαίρετα ἐ-
σπουδακότα, καὶ τούτοις ὑποτε-
ταχότα τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν,
ἴσθι ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος μυ-
ρίους ἔχει τοὺς ἀναγκάζοντας,
τοὺς κωλύοντας. οὐκ ἔστιν αὐ-
τῷ χρεία πίσσης, ἢ τροχοῦ,
πρὸς τὸ ἐξειπεῖν ἃ εἶδεν. ἀλ-
λὰ παιδισκαρίου νευμάτιον,
ἂν οὕτω τύχῃ, ἐκσείσει αὐτόν.
Καισαριανοῦ φιλοφροσύνη,
ἀρχῆς ἐπιθυμία, κληρονο-
μίας, ἄλλα τούτοις ὅμοια τρισ-
μύρια. μεμνῆσθαι οὖν ἐν τοῖς
καθόλου, ὅτι οἱ ἀπόρρητοι λόγοι
πίστεως χρείαν ἔχουσι, καὶ δο-
γμάτων τοιούτων. ταῦτα δὲ ποῦ
νῦν εὑρεῖν ῥᾳδίως; ἢ δειξά-
τω μοί τις τὸν οὕτως ἔχοντα,
ὥστε λέγειν, ἐμοὶ μόνων μέλει
τῶν ἐμῶν τῶν ἀκωλύτων, τῶν
φύσει ἐλευθέρων. ταύτην οὐ-
σίαν ἔχω τοῦ ἀγαθοῦ, τὰ δὲ ἄλ-
λα γινέσθω ὡς ἂν διδῶται, οὐ
διαφέρομαι.

FINIS QVARTI LIBRI.

HIERONYMI WOLF

ANNOTATIONES IN ARRIANI EPICTETI LIBROS IV.

In Prefationem.

Ὁποῖα ἄν τις αὐτόθεν ὁρμηθεὶς εἴποι πρὸς ἕτερον, οὐχ ὁποῖα ἂν ἐπὶ τῷ ὕστερον ἐντυγχάνειν τινὰς αὐτοῖς, συγγράφοι.] αὐτόθεν ὁρμηθεὶς, id eſt, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ex tempore, non ſuſcepta cogitatione diligentiore, prout tempus tulit. atque occaſio ſe dedit. Significat ex tempore habitos fuiſſe hos ſermones, non de induſtria elucubratos. ἐπὶ τῷ ὕστερον ἐντυγχάνειν τινὰς αὐτοῖς, vt poſt aliqui in eas orationes incidant: hoc eſt, vt legantur ab aliis.

ἔχοι ἂν οἶμαι.] Legendum ἔχοιεν, ſcilicet οἱ λόγοι.

οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐφ᾽ αὑτῶν.] Sermones ipſius per ſeſe, hoc eſt, ſententiæ mandatæ literis, viua voce, cuius maior vis eſſe dicitur, deſtitutæ: nō accedente vultu, geſtu & actione, cui primæ, ſecundæ & tertiæ in eloquentia tribuuntur a Demoſthene.

τυχὸν μὲν ἐγὼ αἴτιος.] Fortaſſis ego in culpa ſum: qui ſcilicet memoria lapſus, non optima fide, quæ audi ſcripſerim.

τυχὸν δὲ καὶ ἀνάγκη ὅ χειν.] Fortaſſe neceſſe e ita ſe. habere. Quia ſ mutæ literæ non poſſu permouere animos, v vox, & actio oratoria.

In Caput 1.

Τῶν ἄλλων δυνάμεων. liarum facultatum. δυ vires ſeu facultates ap non tantum naturale mi corporisue potenti etiam artes & ſcienti exempla quibus vtitu clarant.

In Caput 2.

Εὑρήσομεν τὸ ζῶον.] I niemus animal: ſcili λογικὸν, hoc eſt ἄνθρωπον mal rationis capax, i hominem. Nam quæ dicuntur, non conſilio tione ducuntur, ſed n ſuæ impetu feruntur.

ἄλλῳ δ᾽ ἄλλο φαίνετ εὔλογον.] Fit vt aliis ali probabilia. Quod ſuap tura verum, honeſtum num, probabile eſt, in g omn

bus eſt tale: ſed ſpecia- aliquod diſcrimen ad- t, ob varias animorum, rum, fortunarum cō- nes: vt vinum febrici- i, mel bilioſo aduerſa- cæteris non item. Vide ronem 1. de Officiis, v- cuiuſque perſonæ de- diſputat.

ἐπὶ μέρους οὐσίαις.] Par- aribus ſubſtantiis, hoc τῇ φυσικῇ ἑκάστου ἀνθρώπου ροπίᾳ, priuatæ cuiuſque ræ. De hominum va- affectionibus loquitur. etiam de rebus anima- ut beſtiis, vt opinor.

ὧν οὖν μου πυνθάνῃ.] Quod e percontaris. Ea quæ ſe- ntur, docent, ſi quis ta- roget, eum a vulgo non ferre, ac viuere populari- ei licere: ſecus ac viro ho- to, erudito & graui.

μέχρι δ' αὖ οὖ, δεῖ με εἰσέρ- χεσθαι.] Quoad autem, ſcili- ἐάσῃς με συγκλητικὸν εἶναι, ſenatu non moueris: eſt ihi frequētanda curia. In- rogatio delenda eſt. Male ſtinctus eſt hic libellus, vt ræci plerique. Ego vero in nuertendo, ſententiæ au- oris ſeruire ſoleo, non er- tis & negligentiæ libera- orum.

τί γὰρ ἄλλο ἢ διαπρέπει ἐν αὐ- τῷ ὡς πορφύρα.] Lego ἐν ἑ- αυτῷ, vel αὑτῷ cum aſpira- tione: excellit in ſeſe, vt præ- texta purpura in veſte.

ἦν δ' ἐκεῖνος φιλόσοφος.] Erat autem ille philoſophus. Ambiguum, pugilne, an fra- ter pugilis.

οὐχὶ παρὰ τῷ βάτῳ ἀλειφό- μενος.] Non apud Batum vn- gi ſolitus. Num βάτος hic λύ- κηθον ſignificet, an vero ſit laniſtæ alicuius proprium, equidem dubito. Illud non dubito ſignificari non vm- bratilem fuiſſe pugilem, ſed germanum, & probe exer- citatum.

πόσου πωλεῖς τὴν σεαυτοῦ προ- αίρεσιν.] Quanti vendas tuū inſtitutum: hoc eſt, quanti facias atque æſtimes tuam vitæ rationem.

εἰ μὲν τοιοῦτοι πεφύκαμεν.] Siquidem tales natura ſu- mus: ſcilicet, qualis Socrates fuit. Proponit quæſtionem, neque ſoluit. Sed videtur in- nuere, quemuis, ſi in eo ſe- dulo elaboraret, ad ſimilem animi conſtantiā poſſe per- uenire.

τί οὖν ἐπειδὴ ἀφυής εἰμι.] Quid ergo cum ſim hebes: hoc eſt, deteriore ingenio quam Socrates: ſicut etiam canes alij aliis ſagaciores, & equi velociores ſunt.

εἰ δὲ μή, οὐ χείρων.] Sin mi- nus, non deterior. Lego ſine

diſtinctiõne, vt geminata negatio acrius neget. Ex hoc dicto apparet, magno animo fuiſſe Epictetum, vt qui ne Socrati quidem cedendum ſibi exiſtimarit.

In Caput 3.

Τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθῆσαι] Decreto hoc affici: hoc eſt, ex animo ita ſentire.

ὡς αὐ περὶ αὐτοῦ.] Vt de eo: ſine aſpiratione, non de ſeſe: ſed περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος. prout quanque rem vel magni vel parui æſtimamus, ita ea vti ſolemus.

καὶ ὡς ἐν ζώοις ἀτυχήματα.] Vt inter beſtias infortunia ſeu monſtra quædam. Quaſi dicat: tantum abeſt, vt lupini, leonini & vulpini iſti mores hominem deceant, vt & inter beſtias monſtroſi & errata quædam naturæ eſſe videantur. ἀτύχημα enim dicit opinor, cum natura & ratio propoſitum ſibi ſcopum non aſſequitur, efferato animali, quod cicur & manſuetum eſſe debebat, & innoxium.

In Caput 4.

Τὸ εὔροιαν καὶ ἀπαθές.] Proſperitatem & animi tranquillitatem. τὸ εὔροιαν, ἡ εὔροια, τὸ εὐροεῖν, crebro in hoc opuſculo occurrunt. Deducuntur autem παρὰ τὸ εὖ ῥεῖν, a bene fluendo, cum res ad voluntatẽ noſtram f cum ſecundo flumine & cundo vento prouehi Ego proſperitatẽ verto, felicem ſucceſſum rerur

τὴν μὲν ὄρεξιν ἦρκεν ἐξ εἰς ἅπαν καὶ ὑπερτέθει Appetitum a ſeſe om ſuſtulit & diſtulit. Signi opinor id, quod & in En ridio dictum eſt: phil phiæ tironem non nim ſibi tribuere, ſed quaſi a bitantem exſpectare iudicium confirmetur.

εἰ δ' ἡ ἀρετὴ τοῦτο ἔχει ἐπαγγελίαν.] Si virtus h habet pollicitationem, eſt, ſi virtus hoc fine coli Si virtutis hoc munus hic fructus & effectus, v cultores beet.

Οὗτός φησιν ἤδη καὶ δι' αὑτοῦ δύναται Χρύσιππον ἀν νῶσαι.] Puto legendũ δύ ασθαι infinitiuo modo. profitetur, ſe iam ſuo M te Chryſippum poſſe le re. Quod ad ſententiam tinet: præcepta philoſop rum intelligere, paruũ qu dam cenſet Epictetus, Grammatici potius qu Philoſophi id eſſe mun Sed philoſophorum præ ptis parere, hoc eſt, natu congruenter viuere, id mum eſſe philoſophi. Pot hoc, & fortaſſe debet

Theologi

ologiam quoq; trans-
. Eos enim audit Deus,
ıter ſuos numerat, qui
āt ſpiritu & vere:eamq;
n ꝓbat, quæ per caritа-
eſt efficax:& eam laudat
rem, quæ bonorũ fru-
m prouentu ſuam bo-
tem teſtatur. Dolendum
cto eſt, & religioni Chri-
næ (vt de philoſophia ta-
n) pernitioſum, eos offi-
minime fungi, qui offi-
n rectiſſime intelligunt.

ἐμπαίζεις αὐτῷ.] Quid il-
is ipſi? Hæc quæ tertia
ona ꝓferuntur, omnia
o ſecunda eſſe proferen-
vt & ſentētia poſtulat, &
verba patiuntur. Vſitata
ruptela & ꝓcliuis eſt αὐ
pro αὐτὸν, & vſitata enal-
ge (ſi modo enallage, ac
n corruptela potius) αὐ-
pro σεαυτὸν vel ἐμαυτὸν
ibere. Sed non impedio, ſi
is tertiam perſonam ma-
lt. Nam & ſcriptura ſic ha-
t; & ſententia non admo-
m aduerſatur. Procliues
men ſunt huiuſmodi la-
us. Sed deſino,

Ἀείδων ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

ἐν προσθέσει καὶ ἐποχῇ.] In
ſenſu, & ſuſtinēdo aſſenſu.
πρόσθεσιν intelligo τὴν συγκα-
τάθεσιν, aſſenſum. πρόσθεσις
oppoſitũ eſt. ἐπέχειν καὶ διασ-
σκέπτεσθαι, ſuſtinere aſſenſionem, & amplius deliberare, fuiſſe moris Academici, nō eſt ignotum. idq; in tyrone philoſophiæ Epicteto non improbari, ſupra eſt a nobis indicatum.

πρῶτοι δ' εἰσὶν οἱ πρῶτοι τόποι.] Principes autem ſunt primi loci. Obſcurum eſt quid velit. Sed ego principem locum intelligo, diuiſionem illam rerum noſtrarum & alienarum, vnde reliqui loci pendent.

πῶς ἐπιβάλλεις καὶ προσίθεσαι.] Quomodo res aggrediaris, quomodo aſſentiaris. τὸ ἐπιβάλλειν refero ad doctrinę methodum, quam aſſenſio ſequitur: aſſenſionem præparatio diligens gerendæ rei. Sunt hæc breuia, arguta, non peruulgata, nec ſine animi attentione intelliguntur.

ὄψει σὺ καὶ οἱ ἁλτῆρες.] Tu videbis & halteres tui, ἁλτῆρες παρὰ τὸ ἅλλεσθαι dicuntur, plumbeæ pilæ, quibus in ſaltando rectius ſeſe librabant. Martialis: *Halteres agili rotant lacerto.*

Μεταχειρίζεσθαι. Baſiliēſis codex, μεταρριπίζεσθαι, παρὰ τὴν ῥιπὴν, vnde ῥιπίζω. Sed quid ſi μεταρρυθμίζεσθαι legatur? niſi forte τὸ μεταρριπίζεσθαι ſit vehemētius μεταχει-

πίζεσθαι, παρὰ τὴν κρηπῖδα, haud ſcio quam ſit vſitatū. Vtcunque ſit, de ſententia conſtat.

ἢ κωλύειν δυναμένοις. καὶ λοιπὸν ἔωθεν.] Videtur deeſſe prius membrum, quo deſcribatur eius animus, cui in ſe ipſo poſita ſint omnia.

ἐπὶ τῆς ἀεὶ παραπιπτούσης ὕλης τὰ προηγούμενα ἐκπονῶν.] τὰ προηγούμενα intelligo, τὸ τὴν προαίρεσιν κατὰ φύσιν τηρῆσαι, vt habet Enchiridion, hoc eſt, vt omnia dicta & facta cum natura congruant: philoſophus naturam, curſor curriculum, phonaſcus vocem curat.

εἰ δ᾽ ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς βιβλίοις ἕξιν τέταται.] Si quis vero lectitandorum librorum exercitationi eſt intentus. Non reprehendit lectionem diligentem: ſed eam ſequi vult, vitam præceptis conſentaneam. Fieri autem vix poteſt, quin is qui optima quæque ſcripta non ad oſtentationem aut guſtum legit, mores etiam atque opiniones emendet.

πρίαμος αὐτὰ οὐ λέγει, ἀλλ᾽ ὁπόσοι βασιλεῖς λέγουσι.] Dubium an hæc cum interrogatione legenda ſint. Etſi intelligi ſic quoque poteſt: Quamuis Priamus in aliqua Tragœdia hęc non dicat, tamen tyrannicam vitam
lium querelarum haud
re eſſe expertem. Quo
falſo talia tribuantur re
bus: tamen id Tragicor
mendacium lectoribus
vtile, &c.

In Caput 5.

Μάχην ἔτος οὐ συνορᾷ.]]
gnam non exercituum,
rationum & propoſition
intelligo.

In Caput 6.

Τὴν εὐχαριστίαν.] Grat
animum. Lego εὐχρηστίαν
ſum & commoditatem.
etiam ſub finem Capitis
χρηστὰ ἦν πρὸς τὸ δεῖξαι, r
εὐχάριστα.

Ἡ δὲ τοιαύτη τῆς διανο
κατασκευή.] Talis autem r
tis fabrica. Quia Epic
verba obſcuriora ſunt:
riora fient Ciceronianis
hibitis e lib. 1. de Officiis.
inter hominem, inquit,
beluam hoc maxime int
eſt, quod hæc tantum, qu
tum ſenſu mouetur, ad
ſolum quod adeſt, quodc
præſens eſt, ſe accommod
paululum admodum ſen
ens præteritum aut fut
rum: homo autem, qui
tionis eſt particeps, per q
conſequentia cernit, prin
pia & cauſas rerum vid
earumq; progreſſus & qu
ſi anteceſſiones non ign

imilitudines comparat, iſque præſentibus adgit, atque annectit futufacile totius vitę curſum it, ad eamque degendam parat res neceſſarias.

ἐκείνων χρείαν εἶχεν ὁ θεὸς ...ϑμῶν τῆς φαντασίας.] fuit opus illis vtentiviſis. τὸ χρείαν ἔχειν improprie de Deo dicitur, qui ...ενδεὴς, nec vlla re eget. are verbis omiſſis ſentē n expreſſi.

...θεν μὲν ἄρχεσθαι.] Inde dem auſpicandum, ſcili vnde beluæ auſpicantur: eſt, a ſenſibus, & in cō platione reſiſtendum.

ἀλλ' ἔστιν ἤδη καὶ πάρεστι τοῖς ...ις.] Corruptus videtur locus, nec ſatis occurrit omodo corrigendus: niſi te ſignificet, non tantum eclarum opus adeſſe, ſed ipſum mundi opificem eſto eſſe.

D. Ioannes Moibanus, guſtanus phyſicus, in æcis literis & philoſophia n minus quam in re mea verſatus, ἀλλ' ἔστιν ἤδη ad emlibet priuatum homim refert, tanquam ad μικρόκοσμον: quod quiſque nō oculos modo conſtituta beat Dei opera, ſed & imet eorum pars atque emplum ſit.

τί με ἐκπλήξει ἢ ταράξει; Quid me percellet aut perturbabit? Ego Ciceronis verbis conuerti liberius.

τοῦτο οὖν εὔλογον μύξας γίνεσθαι.] Eſt ne conſentaneum mucores exſiſtere? Obiicitur hoc ad negandam prouidentiam: a qua videatur alienum, res condere moleſtas & noxias. Quod querelæ genus Plinio familiare eſt.

In Caput 7.

Τοὺς μεταπίπτοντας.] μεταπίπτειν eſt μεταβάλλεσθαι, mutari, decedere de ſententia & conſuetudine ſua. Hinc μετάπτωσις, mutatio & inconſtantia. μεταπίπτοντες λόγοι fortaſſe inconſtans oratio dici poteſt, cum dati pœnitet, cum repetimus id quod aduerſario per imprudentiam conceſſeramus. ἀμετάπτωτος λόγος, oratio conſtans, cum dictis & conuentis ſtamus. ὑποθετικοὶ λόγοι hoc loco dicuntur, ea quæ ab aduerſario conceſſa, diſputando perſequimur. Quæ ſi aduerſentur ei qui conceſſit, is μεταβάλλεται καὶ μεταπίπτει, non ſtat promiſſis, mutat ſententiam, quod dederat eripit. quod eſt imperitiæ ſignum. Sic apud Platonem Socrates pleroſque ad ea neganda adigit, quę ipſi parum.

caute affirmarant. Sequitur in hoc capite. ἀναγκαῖον ἐστιν ὅτι, αἰτῆσαί τινα ὑπόθεσιν, ὥσπερ ἐπιβάτην τοῦ ἑξῆς λόγου. quod rectius intelligent ij qui αἰτήματα γεωμετρικὰ apud Euclidem didicerunt.

τοῦ ἐρωτῆσθαι περαίνοντας.] Quæ concludunt interrogando: hoc eſt, eo quod aduerſarius interrogatus fuerit, ex eiuſque reſponſionibus concluſio petatur.

πῶς ἂν εὕροι τὴν διέξοδον καὶ ἀναστροφήν.] pro, κατὰ τὴν διέξοδον. D. Moibanus ἀναστροφὴν hic intelligit τὴν ὁριστικὴν καὶ συνθετικὴν μέθοδον, quod ea quæ per ἀνάλυσιν inuenta ſunt, κατὰ διέξοδον copioſe, κατὰ σύνοψιν vero in definitonum metas contracta, ſuccincte explicentur, atque inuerſo ἀναλύσεως ordine procedatur.

Οὐ συγκαθήσει.] Sic legendum, a συγκαθίημι, vnde συγκαθεὶς ἀορ. β. participij: qui ſe demiſit, qui deſcendit in arenam.

μὴ τοῦτον δέ.] Lego τοῖς δὲ τούτων μηδετέρων. Sententia eſt: Eſſe bono viro diſputandum, idque non temere & obiter. Requiri ergo meditationem & artem.

τὸν μέλλοντα ἐν λόγῳ συνετῶς ἀναστρέφεσθαι, καὶ αὐτόν τι κατ' ἀπόδειξιν ἑκάστα ἀποδόντα.] Sic legendum puto, καὶ αὐτὸν τ' ἀπόδειξιν.

ἀποδόντα καὶ παρακολ σειν.] Cum demonſtrati ſingula explicarit, etiam tellecturum demonſtra nes. Obſeruentur hæc pa cipia, & particula καί.

Οὐκοῦν ἐλήλυθεν ἡμῖν. go venit nobis. Intelligi teſt, ergo deprehendir vel oſtendimus. Sed qui legas, οὐκοῦν ἐλελήθει ἡμ ergo latuit nos? non a maduertimus?

καὶ γυμνάσια, καὶ ἀναγκαῖ Poteſt intelligi κατ' ἀπό σιν, non modo non ſu uacanea, ſed etiam ne ſaria. Quid vero ſi legat χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα; Vt & neceſſaria?

καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο δίδοτ Atqui ne hoc quidem dat ſcilicet ab aduerſario, ſibi ſemel conceſſa mordi retinet.

ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο δίδοται.] ne hoc quidem datur, h eſt, aduerſarius & ea quæ d ta ſunt, ſibi extorqueri n ſinit: & concluſionem ex factam defendit acriter.

Τί οὖν ἐπὶ τούτων ποιητέον, μή ποτε ὡς οὐκ ἀρκεῖ.] Qui in his ergo faciendum?

Annon vt non ſatis eſt Monuit eum qui deceptu eſt, agnitum errorem eſ corrigendum

gendum, depoſita vere-
ia. etſi innuit, præſtare
decipi (id quod ars &
itatio diſſerendi præ-
quam paulo poſt ne-
quod modo conceſſe-
lunc ſophiſtam etiam
et, ne alterius imperi-
l euertendam verita-
& ſtabiliendum men-
m abutatur, æris alie-
dhibita ſimilitudine:
vero negare quod con-
is, ſit æs alienum diſ-
le & abſoluiſſe credito-
m perinde ſit, ac ſi quis
ſitū inficietur. Peccat
;, & qui temere largi-
& qui quod fraude &
impetrat, pertinaciter
:cum illum acutiorem,
æquiorem eſſe dece-
errantem comiter mo-
& erudire.

ι οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν
ρέτων ἱστορῆσαι, καὶ τὴν τοι-
ν μεταβολὴν καὶ μετάπτω-
τῶν, καθ' ἣν ἐν αὐτῇ τῇ ἐ-
ιᾳ ἢ τῇ ἀποκρίσει, ἢ τῷ συλ-
ίσθαι, ἢ τινι ἄλλῳ τοιούτῳ,
αίνοντα τὰς μεταπτώσεις,
ὴν παρέχει τοῖς ἀνοήτοις
άσεσθαι, μὴ βλέπουσι τὸ
ον.] Sententiam au-
s operam dedi vt ap-
erem: ſed & verba ipſa
n eſt aſſcribere, vt ſi
aliquid melius depre-
erit, eo vtatur, pro λαμβάνοντα, lego ὁ λαμβάνων: niſi forte duriſſima ſit ἀντίπτωσις, ac potius ἀνακόλουθον, aut ſcriptura deprauata.

περὶ τίνος ἡ σκέψις; περὶ καθήκοντος.] Videntur hæc verba aliunde irrepſiſſe neſcio quo modo.

μενετέον ἐπὶ τῆς τηρήσεως.] Permanendum in conſeruatione. Fortaſſe τήρησιν appellat, id quod conceſſum ſemel fuit. Sed quid ſi legatur ἐπὶ τῆς ῥήσεως; eſtne in eo perſeuerandū quod dixeris.

οὐ μὴ εἰκῇ καὶ φιλόσοφον.] Fortaſſis ἀφιλοσόφως, inerudite.

ἐξεργαζόμενοι τὸν αὐτὸν λόγον.] Fortaſſe τὸν ἑαυτῶν λόγον. non lucubrabimus expoliendæ noſtræ orationis cauſa? vt participiū πλικῶς exponatur, ἀγεννήσομεν ἐξεργαζόμενοι, pro ἵνα ἐξεργαζώμεθα. Si quis conuertere maluerit, Eadē oratione expoliēda ignauiā noſtrā defēdim': nō impēdio. vt ſentētia ſit: In ea diſputatione ignauos eſſe occupatos, vt pſuadeāt, Dialectica nō eſſe opu'.

In Caput 8.

ὅτι αἱ δυνάμεις.] Facultates, artem diſſerendi & dicendi potiſſimū intelligo: quæ vt hominis ſtudioſi egregia & ornamēta & inſtrumēta ſūt, ita ſine ſolida eruditione

& virtute arrogantes & negligentes efficiunt. ἡ γὰρ οἴησις ἐγκοπὴ τῆς προκοπῆς ἐστιν, vt dicebat Bion. Cùm enim ſe tenere omnia falſo perſuaſum habeant, addiſcendi plura voluntatem abiiciunt: vt a pleriſque nouitiis magiſtellis & doctorculis fieri videmus.

τὰ ἰσοδυναμοῦντα.] Æquipollentia vulgo dicunt, vel e libello De copia, vel e Dialecticis ſatis nota.

αὐτοὺς τε καὶ ἀλλήλους.] Et nos ipſos, & alij alios, fortaſſis ἄλλους. Videtur Epictetus ab aliquibus reprehenſus, quod ſuos auditores in Dialecticis minus exerceret. Reſpondet igitur, ſe ob auditorum ignauiam, omiſſis minus neceſſariis, ea vrgere potiſſimum, quæ non tam ad decus & ornamentum faciant, quam ea quæ ad verum iudicium de rebus, & animi tranquillitatem requirantur.

ὅτι οὐ δεῖ προσθήκην.] Non oportere additamentum. Senſus eſt, Hominem non oportere proram & puppim (quod aiunt) excellentię ſuę in dicendi artibus collocare, ſed acceſſionis & additamẽti vice habere. Sic Cicero: Ornanda, inquit, eſt digni-

tas domo, non tota di
e domo petenda.

τίνος ἀπολελειμμένος, ποικίλλεις.] Quo deſti
quo declinarit? Caret v
vero iudicio, & animi
quillitate.

τί οὖν; Πλάτων φιλο
σοφος οὐκ ἦν; Quid ergo? Plat
loſophus non fuit? qu
cat, cum diſſerendi ac
di peritiſſimus fuerit,
Hippocrates. Aduerſar
pictetũ vrget exemplo
tonis, ad quod ita reſp
Epictetus, vt ſibi neceſ
ſe neget imitari Plato
mnia. Sic Cicero qu
loco: Eloquentiam ſi a
rit philoſophus, non
nabor: ſi non attulerit
requiram.

ἄγε ἰδ' ἐγώ.] Forta
δὴ ἐγώ.

ποιὰ προαίρεσις φαντα
Certum viſorum in
tum alias τὴν χρῆσιν τῶν
τασιῶν appellat, vſum
rum: vt quamque rem
iudicemus, qualis ip
Facilius hoc intellige
ſi verum iudicium & æ
nimitatem dixiſſet.

In Caput 9.

Μόνον ταῦτα.] Malim,
κατὰ τὸν λόγον ἐπιπεπλ
να.] Ratione implexa,
implicita, ſcilicet τῷ θεῷ
eſt, Mens & ratio ſociet
con

…liat inter deos & ho-
…s. Nam & Deus & ho-
… quibuſdam ζῶον λογι-
…hoc eſt, anima rationis
… definitur:& mundus,
…is atque communio
…um & hominum.

…ἡ πόθεν φάγω, φησί.] At
…edam? inquit, τὸ φησὶ
…tur ad perſonam ad-
…rij, qui præceptis Epi-
…refragatur, aut certe
…plane acquieſcit.

…ῆσθαι τὸν πρεσβύτερον.]
…e ſeniore. Sic ſe ipſum
…lat, modeſte præcepto-
…men diſſimulans.

…σῶμα καὶ τὴν κτῆσιν αὐ-
…ἢ ὅσα τούτων ἕνεκα, ἀνα-
….]Corpus & poſſeſſio
…eius, & quæ nobis ob
…neceſſaria ſunt. Poſſeſ-
…m corporis, appellat
…quibus corpus indiget:
…omicilium, veſtes, ci-
… & potum, iumenta,
…s, operas artificum, &c.

…μφερόμενοι τοῖς δὲ καὶ
….]His & illis obſequen-
…u morem gerentes. Si-
…at, ob neceſſitates cor-
… potentiorum gratiam
…uiis moleſtis, & philo-
…parum dignis, eſſe e-
…ndam.

…κ ἀδιάφορα ταῦτα.]An
…indifferentia iſta ſunt?
…ſt, μέζω, & per ſe neque
…, neque mala, ſed pro animo & prudentia vtentis. Vide Tabulam Cebetis.

δοκοῦντες ἔχειν τινὰ ἐφ' ἡμῖν ἐξουσίαν.] Qui videntur aliquam in nos habere poteſtatem. fortaſſis ἐφ' ἡμᾶς, vel εἰς ἡμᾶς.

ἐμὲ δὲ ἐν τῷ λέγειν.] Me vero in dicendo, verba ἐν τῷ nihil ad ſenſum faciunt. Fortaſſe αὐτοῖς eis, diſcipulis ſcilicet, ego reſpondere deberem.

ποῖος γὰρ ἔτι τύραννος.] Quis enim iam tyrannus? Vt vitæ iacturam contemnere non adeo difficile ſit (etſi difficile eſt) tamen per exquiſitos cruciatus necari horribilius eſſe videtur, quam vt ab vlla philoſophia contemni & æquo animo ferri poſſit, præterquam a Chriſtiana, cuius martyres admirabili & plus quam humana conſtantia tyrannorũ ſæuitiam vicerunt. Non diſſimile eſt Anaxarchi exemplum, qui cum in mortario contunderetur, dixiſſe tyranno fertur: Anaxarchi ſaccum contundito: Anaxarchum enim nõ contundis, ac demũ ne conſcios nominaret, linguam præmorſam in os tyranni exſpuiſſe.

Ἐξελεύσῃ. ἤνοικται.] Exibis ſcilicet e vita. aperta enim eſt ianua, ab ἀνοίγω.

συμβήσεταί σοι τοῦτο καὶ τοῦτο ὑπὸ τοῦ δεσπότου.] Accidet tibi hoc & illud a domino. Ex iis quæ ſequuntur colligo, *τὸ συμβήσεται* in bonam accipi partem: quaſi Rufus Epicteto ſpem feciſſet, impetrandi alicuius beneficij ab Epaphrodito hero ipſius.

ὅτι ἀνθρώπινα.] Eſſe humana: hoc eſt, res externas, & non noſtri, ſed alieni iuris, caducas & mutabiles, ſiue bonæ, ſiue malæ eſſe videantur. Significauit Epictetus, ſe heri ſui liberalitatem erga ſe parui facere, eaque carere poſſe.

ἀγρὸν παρὰ σοῦ λάβω.] Agrũ a te accipiam? Non intelligo iſtam magnitudinem animi, non accipientis ea quæ offerũtur: niſi forte iam ante iis abundes, & nemini quicquam debere videri velis. Ego certe panem acciperem eſuriens, & ſitiens potũ, & nudꝰ veſtẽ, & pauper prædiũ, ſi nulla turpitudo, nulla fraus cũ ea liberalitate coniũgeretur. Idẽ Epicteto non inuideo laudem conſtantiæ, ſi emori fame, quam alieno beneficio viuere maluit.

ὅτι ἄλλος δι' ἄλλον οὐ δυστυχεῖ.] Alium per alium non eſſe in calamitate. Intelligitur: Deprecatore igitur nihil eſſe opus.

In Caput 10.

Συνεπτάγμεθα.] In[...] ƈti eſſemus. Malim *συ[...] τάμεθα*, a *συντείνομαι* p[...] vnde *σύντονος*, quam [...] *τάττομαι*.

πρoσδύσειν.] Lege *πρ[...]* vel *προσδύσεις*.

Οἶδα ἐγὼ πρεσβύτερον οἷα εἶπέ μοι.] Poteſt ſin[...] miratione & interroga[...] verti, hoc modo: Nou[...] mihi quidam me nat[...] ior, &c. dixerit.

Τί οὖν ἐγὼ λέγω, ὅτι ἄπ[...] ἐστι τὸ ζῶον;] Quid erg[...] dico? animal eſſe o[...] Occupatio eſt, in han[...] tentiam: Occupation[...] negotia non improb[...] illud improbo, quod [...] trem ita curamus, ani[...] vero prorſus negligim[...]

Εὐθὺς ἐγὼ πρῶτος.] S[...] ego primus: ſed qui[...] Græciſmus durior eſt, [...] bis nonnihil receſſi. S[...] minat pro exemplo i[...] ſtudentis. Nam hac vo[...] bius noſtro more v[...] Studioſus autem, igi[...] eſſe nequit.

Μικρὰ ὑπομιμνήσκομ[...] να ἐπαναγνῶναί μοι δεῖ.] [...] nihil recordor quæ rel[...] da mihi ſint. *τὸ ἐπαναγ[...]* ad repetitionem audit[...] ctionis referri videtu[...] *ἀνάγνω[...]* præteriti, & no[...]

ri temporis ſignificatio-
m habeat. Quid mea re-
t, quemadmodum ille le-
it? Si quis vero τὸ ἐπαναγνῶναι de præmeditatione
diendæ lectionis, quę non
nus & vtilis & neceſſaria
, quam repetitio, intelli-
e maluerit, non impedio.
[illegible] ὅμοια τὰ ἐκείνων.] Quid autem res noſtræ at-
e illorum? Sententia eſt,
loſophiam ſordido quę
longe præſtantiorem eſ
Maiore igitur ſtudio co-
dam eſſe. Reprehenditur
em ignauia ſcholaſtico-
n, qui auarorum homi-
m induſtria longe vin-
tur. Sic Demoſthenes
ter doluiſſe fertur, ſi quā-
antelucana opificū opera
ceretur, cum longe ma-
a quam illi ſuorum labo-
n præmia propoſita ha-
et. Ingens autem præmi-
eſt, non aura popularis,
patriæ conſeruatio.

πῶ τα ἐκείνοις ὅμοια ἐστί; ὁμοίας σπουδῆς.] Hæccine
ſimilia ſunt? An ſimili
dio. Negatiue hæc acci-
nda ſunt. Nequaquam
to ſtudio dignus eſt quę-
, quanto ſapientia, &c.
lto turpius eſt negligere
mum, quam quæſtum.

In Caput 11.

ὡς ἐγκαλύπτεσθαι τοῦ ἵππου τρέχοντος.] Vt ſe obtegeret,
equo currente. Præ pudore
ſcilicet, ſi victus eſſet. ὡς ἐσπουδάκει pro epiphonemate
accipio: quaſi dicat, tantilla
re tantopere commoueba-
tur. Quid enim? ipſe ne de-
terior fuit, ſi alterius equus
anteuertit?

λειποψυχοῦντα.] Cum a-
nimo linqueretur. Ob inſpe-
ratam vtique victoriam, præ
repētino gaudio, quo non-
nullos etiam exſtinctos eſſe
legimus.

In Caput 14.

Ἅμα μὲν αἰσθητικῶς κινεῖσθαι.] Simul ſenſu moueri:
hoc eſt αἰσθάνεσθαι, ſentire, vi-
dere, audire, cōtrectare, &c.
κινεῖσθαι διανοητικῶς, pro διανοεῖσθαι. Sic & reliqua aduerbia
declarētur: συγκαταθετικῶς, id
eſt συγκατατίθεσθαι: ἀνανδυτικῶς, id eſt ἀνανδύειν: ἐφεκτικῶς, id eſt ἐπέχειν.

τύπους δὲ ἔσωθεν.] Formas
rerū quas animus a ſenſibus
abſtrahit, intelligo: vt for-
mā domus, nauis, equi, &c.

Καὶ ἀπ' αὐτῶν κινούμενος, εἰς ἐπινοίας ὁμοειδεῖς ἐμπίπτεις τοῖς πρώτως τετυπωκόσι.] Et formis illis impellenti-
bus, in cogitationes confor-
mes iis quæ primum animo
impreſſæ fuerūt, incidis. Sē-
tētia eſt, opinor, vt res exem-
plo fiat clarior: Cum equi

imago ſemel oculorum miniſterio impreſſa menti fuerit, ea imagine vnius equi excitari cogitationem multorum equorum: & effici, vt vbicunque viſi fuerint, ex illa imagine agnoſcantur, τύποι hic idem eſſe, quod apud Dialecticos τὰ εἴδη καὶ αἱ ἰδέαι videntur.

καὶ ἀπὸ πάντων τινὰ ἴσχειν διάδοσιν.] Et ab omnibus aliquam habere diſtributionem: hoc eſt, ſenſum ſeu intelligentiam rei peruenire ad Deum poſſe: ſentire & intelligere Deum ſingula.

Μέρος ὄντ' αὐτοῦ μικρόν.] Lego αὐτοῦ, ſcilicet τοῦ θεοῦ Qui ſol parua Dei pars eſt, ſi cum vniuerſitate rerum comparetur. Mundum & Deum hic confundere videtur Epictetus. Sed rectius (τὸ αὐτοῦ) omitti videtur, aut ſubintelligi ποιημάτων, paruam ſuorum operum partem.

τὸν ἑκάστου δαίμονα.] Cuiuſque genium. Nota opinio de genio cuiuſque, bono & malo. Minantur & Magi neſcio quam Genij excantationem, ſi cuius veram geneſin norint. Sed per Geniũ videtur hic intelligenda cuiuſque conſcientia, præſertim ſi τίνι γὰρ ἄλλῳ interrogatiue legas: cui enim potentiori & diligentiori cuſtodi quenque commendaſſ[et]

Sed τινὶ γὰρ cum graui: C[ui]dam enim, &c. vt ad ſent[en]tiam Platonis alludat, [qui] homines pecudibus, ho[mi]nibus genios præeſſe dic[it].

τί πιστεύεις τούτῳ τοῦ θεοῦ.] legendum, non τοῦ τούτῳ

ὑμεῖς δὲ δέον πιστοῦν τηλικούτων ἠξιωμένοι.] δέον ni[]hil ad ſententiam facit. [...]re legendum ſuſpicor θε[όθεν] diuinitus, vel a Deo.

ὅμοιός γε.] Interroga[tiue] legendum. Significat [...] diſſimilimum, & plane [con]trarium eſſe iuſiurandu[m].

ἐνταῦθα δ' αὐτοὺς ἀ[...]των.] Scilicet, προτιμήσο[...]μένους. Hic iurant, ſe p[...] facturos eſſe ſeſe, quam [ce]teros omnes, ceſſuros [...] nemini: hoc eſt, ſe ſorte fore contentos, & op[...] ſecum agi teſtaturos eſſ[e].

In Caput 15.

Μηδ' αὖ ἐγώ σοι λέγω, α[...]δόκα.] Etſi ego tibi dix[erim] virtutem breui parari p[oſſe] noli credere. Hunc ſen[ſum] eſſe puto. Sed ſi quis ita [diſ]tinguere maluerit, μηδ' ἐγώ σοι λέγω, προσδόκα: E[...]dem confirmo tibi, id n[e] ſpectandum quidem eſſ[e].

In Caput 16.

Νῦν δ' ἡμεῖς ἀφέντες τούτοις εὐχαριστεῖν: ὅτι μὴ αὐτῶν τὴν ἴσην ἐπιμέλ[ειαν]

ἐπι[...]

ἐπιμελούμεθα ἐφ' αὐτοῖς ἐγκε-
λεῖ, τῷ θεῷ.] Obſcurus &
du us locus. Sed hanc eius
ſe ntiam eſſe reor: gratias
eſſ gendas Deo, quod pe-
cu s noſtris vſibus ſerui-
an quamuis eis non ma-
gn n curam impendamus:
ta im certe nequaquam,
qu am nobiſmetipſis. Nos
ve propter noſmetipſos
ſu uſere Deo: hoc eſt, mo-
le ferre occupationē quæ-
re i victus, parandiq; cul-
tu &c. Vulgo ſic dicunt:
Cu non æque expeditum
no s victum & cultum eſſe
vo it, ac pecudibus? Re-
ſp det Epictetus: Imo gra-
ti igite Deo, quod nō be-
ſti etiam vobis vtiles, æ-
qu atque voſmetipſos cu-
ra neceſſe habetis. Eſt in-
ue io quædam: Doleo me
nc altero etiam onere le-
ta im eſſe. Imo gaude, al-
te m etiam tibi non eſſe
im oſitum. Quod ſi cum
D expoſtulas: quid profi-
ci niſi vt & impius ſis, &
m ori calamitate dignus?

In Caput 17.

ἡ λογική.] Rationē diſ-
ſe ndi intellige. λόγος & ra-
ti & oratio eſt, vnde τὰ λο-
γι dicuntur, quam vtran-
q cum vno verbo comple-
ct nō poſſimus, minus per-
ſp ua hæc ſunt. Sententia
eſt, vnam eſſe differendi ar-
tem, quæ doceat ambigua
primum videre, deinde diſ-
tinguere: rationemque ha-
beat, ne cui falſo aſſentia-
mur, neue vnquam captioſa
probabilitate fallamur: ea-
que quæ de bonis & malis
dicimus, vt tenere tuerique
poſſimus. Nam ſine hac ar-
te, quemuis arbitramur a
vero abduci fallique poſſe.
Cicero de Finibus.

ἤτοι οὖν λόγος ἐστίν.] Aut i-
gitur ratio eſt. Supra capite
1. expoſuit, mentem ac ra-
tionem, tum alia omnia,
tum ſemetipſam quoq; con-
templari. Idem fere hic di-
cit: vbi a ratione diſceſſeris,
& quæ a ratione profluit o-
ratione, nihil eſſe reliquum,
quo res explicari diiudicari-
que poſſint. Quæ rerum ex-
plicatio & diiudicatio, cum
in Logicis tradatur aut di-
ſcendam eſſe differendi ar-
tem: aut fieri non poſſe quin
eius ignarus, male affectato
compendio, in maximum
diſpendium incidat.

ὅπερ ἀδύνατον.] Quod fie-
ri nequit. Nam mente & ra-
tione ipſum quoque Iouem
negat quicquā habere præ-
ſtantius: etſi humana mens
diuinæ menti collata, quid
eſt aliud, quam exſtinctus
carbunculus, Soli meridiano

ſi conferatur? Non negat, rationem ſui eſſe iudicem & explanatricem. Id enim ſupra, vt dixi, affirmauit cap. 1 & poſt 20. affirmabit. ſed poſterius tantum membrū, eſſe quicquam ratione præſtantius negat.

εἰ λόγος, ἐκεῖνον πάλιν τίς διαρθρώσει; εἰ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται καὶ οὕτως, ἢ ἄλλου δεησόμεθα ἄπειρον ἐστὶ τοῦτο, καὶ ἀναγκαῖον ἀνήκοντα εἶναι.] Locus obſcurus, &, vt exiſtimo, male diſtinctus, & nonnihil corruptus. Quem, vti certam ſententiam ſequi liceret, ſic emendandum exiſtimaui, donec liber correctior nobis contigerit· εἰ λόγος· ἐκεῖνον πάλιν τίς διαρθρώσει; Si ratio: quis eam tandem explanabit? ἢ γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν δύναται καὶ οὕτως, ἢ ἄλλου δεησόμεθα. ἄπειρον δ' ἔσται τοῦτο, καὶ ἀνακόλουθον. Aut enim ea quoque ratio ipſa ſeſe explanabit, aut alia nobis erit opus: atque ita nullus terminus, nullus finis reperietur.

Hæc mea ſententia eſt: quam ſequatur qui volet, ac nihil melius habebit. Quāquam autem (in hoc quidem Opere) Stoici ſumus: tamen ab Academia in obſcuris locis non recedimus. Nam Moibanus noſter hunc locum aliter accepit, cuius verba ſubiicere viſum eſt.

ὁ λόγος διαρθρωθήσεται, ἢ
- ὑπ' ἄλλου, ὁ τοῦ λόγ[ου] κρεῖσσον· ὅπερ ο[ὐ] δυνατόν.
- ὑφ' ἑαυτοῦ, εἰ αὐτ[ὸς] ἑαυτὸν δύνα[ται] καὶ οὕτως ἀλ[λου] δεηθησόμεθα. πέρας δὲ ἔσται τ[οῦ]το, καὶ ἀνακόλ[ου]θον.

Quæcunque explicati[o]nem requirunt, pro incer[tis] habentur: ſunt autem exp[li]canda per ea, quæ illis ſu[nt] certiora. Nunc ſi ratio [ſe ip]ſam explicet, incertum [per in]certo explicari dicetur: qu[od] eſt abſurdum. Videtur etiam hac dilemmati[s] parte negata, innuere τὸν [λό]γον non indigere διαρθρώ[σεως] quatenus διάρθρωσις acc[ipi]tur pro explicatione vel p[ro]batione: ſed ſatis eſſe e[um] παραβάλλεσθαι ὥσπερ μέτρον, [καὶ] τὸν κανόνα, γνώμονα, ἢ καὶ [...]σταθμὸν τῶν ἄλλων διακρινο[μέ]νων. Nec videtur hæc ſe[n]tētia pugnare cum illi[s] q[uæ] 10. cap. dixit, ἣ καὶ αὐτὴν [θεω]ροῦσα καὶ τ' ἄλλα πάντα, δύ[να]μις λογική. cum aliud vid[e]tur eſſe θεωρεῖν quam δι[αρ]θροῦν. quorum hoc ad pro[ba]tiones & conſequentias [ra]tionum referendum: il[lud] ad genuinum homini[s] innati

...um lumen, quo per ſe ...que eo ipſo aliis etiam ...

...ἐπείγῃ μᾶλλον θεραπεύ... τὰ ὅμοια.] Eſt & hic ...ſuſpectus, niſi forte ...ſου abſolute ponatur, ...ederi animo. Sed vi... accuſatiui præter... ...ὑπολήψεις τι, καὶ ... καὶ τὰ πάθη καὶ τὰ ὅμοια. ...opus eſt mederi opi...us, & appetitionibus, ...ctionibus, & ſi qua ...lia eius generis. Ad...ius Dialecticam ele... ſine qua viri boni eſ... ...limus: eique doctri...norum anteponit. Sed ...tus monet, qui Dia...is non ſit, eum nec do... ...m morum ſatis perce...m eſſe.

...ἐρῶ σοι, ἀλλ' ἐπείγῃ ...] Sed dicam tibi: At ...vrget, vel neceſſarium ...uidnam? ars diſſeren... ...oncedit plus eſſe mo...i in moribus, quam in ...tationibus: ſed ita, ſi in ...endo nec hæſites, nec ...is. Qua facultate ſiue ...ræ beneficio, ſiue arte ...parta ſi careas: magis ...neceſſariam Dialecti..., & doctrinæ morum ...uertendam. Comparat ...m doctrinam morum ...mento, Dialecticam modio & libræ. Qua ſimilitudine ſignificat, Dialecticam non per ſe expeti, ſed vt inſtrumentum & regulam aliarum diſciplinarum. Verbum ἐπείγειν ſignificat incitare, accelerare, morã ferre nõ poſſe. Vnde ἐπείγομαι, feſtino. Iſocrates Areopagitico, εἰ περιλείφθη τι τῶν τέλος ἔχειν κατεπειγόντων: Nũquid preteritũ ſit, quod primo quoq; tempore conſici oporteat.

ποῖα οὖν ἐνταῦθα ὀφρύς.] Quale igitur hic ſupercilium? hoc eſt, is ſolus merito multum ſibi tribuit, qui naturã ſequitur. Qui vero naturam declarat, ſi naturã nõ ſequitur, Grãmaticus eſt potius quã Philoſophus, nec habet quo glorietur. Quãto ergo minus eũ ſuperbire decet, qui obſcuriora illius Grammatici verba declarat? Egregia eſt hæc extenuatio eorũ qui ſtylo & lingua plus valent, quam vita & moribus.

πόσῳ πλέον ὁ ἐκεῖνον ἐξηγούμενος.] Scilicet ποία ἐστὶν ὀφρύς δηλαδή. Si Chryſippus ob ſua ſcripta cauſam efferendi ſeſe non habet: quanto minus commẽtator Chryſippi? Addere licet, Quãto minus interpres Græcæ orationis? Cur igitur Wolfi te fatigas, in re adeo tenui? Cur non Hiſtoricũ potius aut Poetã legis?

Reſpõdeo ſimpliciter & vere: Volo hæc præcepta mihi ipſi inculcare: cupio eadem plurimis eſſe nota. Atqui iam iſta nota ſunt. Innoteſcent pluribus. Hactenus enim fragmẽta Epicteti ſunt edita, non totus Epictetus. At tu Wolfi nullam ex iſta conuerſione laudem conſequeris; οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Eſt etiam poſthumus ſit fœtus: quid enim refert? Neque viuus neque mortuus curabo, quid de me dicant aut ſentiant vitilitigatores.

ἐπὶ τοῦ συγκαταθετικοῦ τόπου, καὶ τοῦ ὀρεκτικοῦ.] In loco aſſenſionis & appetitionis. Locos appellat, opinor, quod peculiariter & ſeorſim de his agere ſoleant Stoici.

εἰ γὰρ τὸ ἴδιον μέρος, ὃ ἡμῖν ἔδωκεν ἀποσπάσας ὁ θεός.] Nam ſi eam ſui partem, quam nobis impertiit auulſam Deus. τὸ ἴδιον μέρος ad Deum referri poteſt, vt in verbo ἀποσπάσας intelligatur ἑαυτοῦ, ſicut Horatius:

Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.

Eſt & hæc hyperbole ardore diſputationis expreſſa. Neq; enim ita eſt ὁ νοῦς ἀπόσπασμα τοῦ θεοῦ, ὥσπερ τὸ σπέρμα ὅλου τοῦ σώματος, vt ait Hippocrates: Neq; cum Deo iniuriarum agi poſſet, etiamſi aliam hu-
manæ mentis conditior
eſſe voluiſſet. Poteſt inqu
ſic intelligi τὸ ἴδιον μέρος
referatur ad Deum. N
ſupra quoque capite 14.
pſit, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ μὲν ἰ
εἰσὶν ἐνδεδεμέναι, καὶ συνα
τῷ θεῷ, ἅτε αὐτοῦ μέρια
καὶ ἀποσπάσματα. Sed ſ
plicius eſſe puto, vt τὸ
μέρος peculiaris & pro
hominis pars intelligatu
participium ἀποσπάσας,
ἐὰν ἀποσπάσῃ τοῦ ἀνθρώπου
Deus eam partẽ, quam
mini propriam dedit, ei
peret, talemque faceret,

In Caput 18.

Τὸ παθεῖν ὅτι ὑπάρχει.
fectione quod ita ſit, &
lo poſt, οὕτω καὶ τοῦ ὁρμῆσα
ι τὸ παθεῖν, ὅτι ἐμοὶ συμφ
Sic etiam ad expetendu
liquid, affectione quod
hi expediat, commoue
παθεῖν animi affectio
ſignificat, vt & τὸ πάθος.
vero ad opinionem refe
idemque valet quod δ
ὑπόληψις, φαντασία: quæ
cabula primo Tomo d
rata ſunt. Quia vero l
hic perobſcurus fore vid
tur, ſi verba annumeraſſ
ſententiam appenden
eſſe iudicaui. Quod ſ
hęc libertas diſplicuerit,
ſpicuitati ſuperſtitionẽ
ferenti, is pene ad verl
ſic

…beat: Si verum eſt quod …iloſophis dicitur, vnũ … omnibus hominibus …ricipium, vt aſſenſionis …tionem, qua ita eſſe ali… ſtatuitur: & improba…cis affectionem, quâ ali… non ita eſſe ſtatuitur: …que cohibendi aſſenſus, …ſtionem, qua incertum …liuid eſſe ſtatuitur: ſit et… ad expetẽdum aliquid, …ſtionem qua mihi ali…quid conducere ſtatuo (ne… vero fieri poteſt vt aliud …ducibile iudicem, aliud …petam: aliud conueniens …ſeam, ad aliud impetu …r) quid vulgo adhuc ſuc…ſemus? τὸ παθεῖν nomi…tiuo, quam τοῦ παθεῖν da…tiuo caſu, rectius legi vide…tur: etſi vtraque conſtructio …cum habet. ἀρχὴ τοῦ συγκα…τέθεσθαι γίνεται τὸ παθεῖν, hoc … ἡ ὑπόληψις. vel τοῦ παθεῖν, …ieſt οὐκ ἔπαθον, vel διὰ τὴν …πόληψιν συγκατέθεντο οἱ ἄν…θρωποι. Paulo poſt, pro οὕτω καὶ … ὁρμήσαι ἐπὶ τὸ παθεῖν, οὐκ: …legendum omnino cenſeo, … ὁρμῆσαι ἐπὶ γ, τὸ παθεῖν οὐκ …αὶ συμφέρει. Hic protaſis …riodi finitur. Sequitur pa…renthesis, ἀμήχανον δ' ἄλλο, …c. apodoſis eſt, τί οὖν τοῖς …λλοῖς χαλεπαίνομεν; Diu me …rſit hic locus, ob diſtin…ctionum confuſionem, & o…miſſam particulam γ. Sed an ſcopum attigerim, candide iudicent eruditi.

Δεῖξον τὴν πλάνην, καὶ ὄψει πῶς ἀφίστανται τῶν ἁμαρτημάτων] Hypothetice accipiendum puto, pro ἐὰν δείξῃς, ὄψει οὐκ ἀποστήσονται. Si oſtenderis errorem. Sic paulo poſt: μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τῆς γυναικός, καὶ τῷ μοιχῷ οὐ χαλεπανεῖς (non χαλεπαίνεις.) Si formam vxoris tuæ nõ magnifeceris, adultero non iraſceris. Frequens Epicteto eſt hic loquendi modus.

Μηδαμῶς. ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον τοῦτον τὸν πεπλανημένον, &c. μὴ ἀπολλύναι, verba obſcura ſunt, & aut deprauata, aut ἐλλειπτικῶς. ſic forte reſtituenda & complenda. μηδαμῶς τοῦτο λέγε, ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον τοῦτο, τὸν πεπλανημένον. Sequitur enim, κἂν οὕτω λέγῃς, γνώσῃ πῶς ἀπάνθρωπόν ἐστιν ὃ λέγεις: Si ſic dixeris, cognoſces quam inhumana ſit tua oratio: prior ſcilicet illa, de interficiendo fure atque adultero. Significat, nomen furis atque adulteri ſeponẽdum eſſe, & illius loco reponendum nomen errantis, decepti, occæcati animi. Repete ea quæ primo Tomo de duabus cuiuſque rei anſis dicta ſunt. Ad rem ipſam quod attinet: neque Plato-

em neque Epictetum ſen-ſiſſe exiſtimo, homines pec-care inuitos, & ſcelera impu-nita eſſe oportere: (quid e-nim ea opinione ſtultius, aut pernitioſius?) ſed cum prauæ pleræque cupidita-tes, & quæ eas ſequuntur fa-cinora, ab opinionis errore proficiſcantur: dandam eſſe operam, vt homines vere de rebus omnibus iudicent, quo peccata honeſtæ diſci-plinæ vereque doctrinæ ſub-ſidiis præcaueantur potius, quam puniātur. Quam Per-ſicæ inſtitutionis rationem fuiſſe teſtatur Xenophon, quamque apud nos quoque aliquando exſiſtere optare poſſamus, ſperare vix poſſu-mus, ac ne vix quidem. Plato quidem impunita eſſe ſcele-ra adeo non vult, vt diſpu-tet, e re facinoroſorum eſſe, vt e medio tollantur, quod per ſuppliciū maximis ma-lis erroris & improbitatis li-berentur. Poteſt vir bonus punire nocentes, & dolere vicem eorum, vt pater filij quem inuitus ille quidem & dolens, ſed neceſſario ca-ſtigat. Hoc puto velle Epi-ctetum. Sin aliud ſpectauit, valeat. Non ignorat fur, ſe & legi naturæ, & iuri ciuili fraudem facere, ſi rapiat a-lienum: ſed cupiditate vin-

citur. Scit deprehenſo pe nam fore luendam. Sed a clam fore ſperat, aut plu cupiditatem ſuam quam v tam facit. Qui ſi Stoice d putet, fatale ſibi eſſe fura reſpondebit Zeno, illud (iam fatale eſſe, vt flagris ca datur, aut ſuſpendatur.

οἷς δ' ἐν ἑκάστῳ ἡ προαίρεσ οἷα δεῖ καὶ τούτων.] Fortaſſe τε: & poſt δεῖ, τὸ μέγιστόν ἐ Et paulo poſt, κακοῖς διαλῦ-σθαι. videtur addendum οὐ διαλύεσθαι.

ἢ μὴ θαύμαζε τὸ κάλλος τ γυναικός.] Aut ne mir formam vxoris. Conte tus formæ zelotypiam q dem minuit, ſed infamia non tollit. Epictetus ve negat vxoris impudicitia marito imputādam eſſe, q nihil habeat ſuum præter nimum: cætera fortunæ aliorum eſſe. Quantum a tem coniugij legitimi fc dus vulgo valeat, videmu & repudia tuta non ſur nota vero mala tutiora pl runque.

Θέλεις αὐτὰ ψύξαι.] Vis refrigerare. Non ſatis place vt nec ψῆξαι, a ψήχω, quid σμῆξαι? a σμήχω, vis ea pu gare. Moibanus ψύχειν στρώματα τοῦ ἵππου, inquit. Pc lux pro agitatione quada ventilare, & a ſitus atq incl

ſi aeris vindicare in‑
nodo.

ν παρὰ τοῖς θεοῖς.] De
o ſeu veſtibulo intelli‑
i veteres ſuos deos col‑
unt. Sed dij iſti negli‑
r cuſtodierunt pretio‑
ortaſſe cultoris ſui ſu‑
ctilem.

ἐπαθέ τι ἄρας σὺκ ἀπῆλθε‑] Innuit, candelabri ele‑
ia inuitatum eſſe ſu‑

ῶ ἀγανακτεῖς;] Quid er‑
omacharis? Reſpondeat
uis, Hoc ipſum, quia ca‑
mihi dolet. Epictetus
monet, aut caput abii‑
dum: aut eius dolorem
ri ſi nequeat, æquo ani‑
ferendum, quod naturæ
viſum ſit.

τι ἐ δέονται ςενάξαι.] Ge
us concedunt Stoici, ad
mi confirmationem. Sed
n qui gemat, ſine animi
qua affectione gemere,
credo: niſi forte ex con‑
tudine fiat. vt de Virgilio
ditum eſt, & ipſe non‑
llos noui. Æneæ quidem
tribuit hoc Poeta:

ns immota manet, lachry‑
mæ voluuntur inanes.

Οὐ γὰρ ὡς ὄνον ἀπῆχθαι εἶναι
ἡ.] Neque enim vt aſinum
uictum eſſe oportet. Pugi‑
s comparat aſinis, qui λὰξ,
eſt calcibus valeant: pugiles etiam πὺξ, pugnis.

Τί ἂν μελαγχολᾷν;] Quid ſi triſtetur animo? τὸ μελαγχολᾷν plerunque pro errore mentis atque inſania vſurpant veteres: vt Ariſtophanes, μελαγχολῶντ' ἀπέπεμψέ μου τὸν δεσπότην. Quare ſuſpicor, hanc vocem a deriſore aliquo Stoicæ magniloquẽtiæ inſertam eſſe. vt & Horatius ſapientem Stoicum facit. Præcipue ſanũ, niſi cum pituita moleſta eſt: εἰρωνικῶς vtique.

In Caput 19.

Σὲ δ' ὅτως ὡς τὸν ὄνον.] Te vero ita vt aſinũ: hoc eſt, nõ amore & admiratione tui, ſed ſpe id ſibi vtile futurum.

Τοῦτο σὐκ ἔςι φίλαυτον.] Hoc non eſt ſe amare. φιλαυτία in vitio ponitur, cum quis ſe pluris facit quam quanti eſt. Sed Epictetus, malle ſibi eſſe melius quam alteri, negat eſſe vitioſum, quod natura quoduis animal ſibiipſi primum conciliet.

καὶ τὸ λυπηρὸν, αὐτὸς ὁ Ζεύς.] Et quod moleſtum eſt, ipſe Iupiter. τὸ λυπηρὸν accipio κατ' ὑπερένθεσιν, ſicut dicunt τὸ δεινὸν, τὸ μέγιςον. Innuit opinor: iniquis auribus vulgo accipi, ſi Deus ſuapte, non noſtra cauſa facere dicatur omnia. Deo cultu hominũ non eſſe opus, conſtat.

Sed Deum coli ab hominibus, quod eius beneficia exſpectent. Quod ſi æterna illa mens atque omnipotēs maieſtas gratuito non colitur: quæ væcordia tyrannorum eſt, ea de cauſa coli ſe & obſeruari putātium, quia ſunt tyranni: non autem ideo, vt & maleficiis abſtineant, & bene mereantur?

ἵνα μηδενὸς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν.] Vt nullum ſuum bonum. Pene in Epicuri ſententiam inclinat, qui (vt Ciceronis verbis vtar) ſummum bonum ſic inſtituit, vt nihil habeat cum virtute coniunctum: idque ſuis commodis, non honeſtate metitur: ideoque his, quibus congregamur, vti moderate & prudenter oportere cenſet, vt eorum ſtudiis ea quę natura deſiderat, expleta cumulataque habeamus: per eoſdemque, ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus, &c.

ὅπως οὐκέτι ἀκοινώνητον γίνεται, τὸ πάντα αὐτοῦ ἕνεκα ποιεῖν.] Sic non amplius a communitate recedit, qui omnia ſua cauſa facit. Si ſic intelligatur, ſua cauſa facere omnia, vt officio quiſque ſuo fungatur, & naturæ congruenter viuat: fieri poteſt. Si vero ideo bene merendum de aliis exiſtimat, vt vi... ſi in alij de ipſo bene mere...tur: vulgarem potius c... ſuetudinem, quam boni ...ri officium deſcribere vi...tur: qui honeſtatem pro... ſeſe expetens, præmia ... aſpernatur, ille quidem contingant, ſed non pr... pue ſpectat. Sic homo di... & quęſtus ſimul honori... contemtor, inſeruit Rei...blicæ gratis, labores & ...leſtias capit, adit peric... de ſuo largitur iis, a qui... nihil ſperat, æquo ani... fert inuidorum & imp...torum obtrectationes. ... Loquor hic nō de Chriſ...no, cui diuinum præmi... propoſitum eſt: ſed de ph...ſopho. Quia perſuaſum ...bet, ſe non eſſe oportere ...luris inutile pondus: hu...nitatē id poſtulare, vt pr... plurimis. Si gratiam ini... laudatur, ſi honore affici... πάρεργα hęc non aſperna... ſed maximum officij fru... iudicat ipſum officium.

καὶ πῶς ἔτι μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀρχή.] Quomodo iam vn... & idem principium erit? ...nimal natura ſibiipſi ... mum conciliat. Sed in eo ita inſiſtit, vt non ad al... quoque progrediatur. V...go quidem ſuapte cauſa ...raque faciunt.

...ῶς ἐστιν ἀγαθῶν.] Lego ὡς. ...τοῦτο ἀγαθόν.] Fortaſſe ἢ ...γαθόν.

...ὲπὶ φωνὰς γράφοντες.] Ii ...voces ſcribunt, Nomen- ...ores verti. Puto eos in- ...gi, qui vltro ſua nomina ...ſuppeditandos ſumtus ...itebantur, ad ſacrificiū ...opolitanum, ob Actiacā ...guſti victoriam. Qui ali- ...d habet certius, candide ...ertiat.

...φει γὰρ κομψότερον.] Vi- ...s enim elegantius. Puto ...ιφθήσῃ poſitum, videbe- ... Vernaculo quidē noſtro ...ioni hic loquēdi modus ...gruit, du würdeſt ſeiner ...

In Caput 20.

...προηγουμένων ὕλην ἐστὶ τῆς ...ικῆς.] τὰ προηγούμενα ſunt ...primogenia, vel princi- ...a, maximique momenti, ... antecedentia. Fortaſſe ...ηγουμένως, præcipue, ad- ...bialiter legendum: vt ...ificet, cuique arti certam ...ndam materiā eſſe pro- ...itam, in qua verſetur po- ...mū. Vt ſutoris materia ...cipua eſt corium. Fieri ...ien poteſt, vt e lino & ...a etiā calcei conficiantur. ...ταν μὲν οὖν ἢ ὁμοειδής.] Cū ...formis, eiuſdem formæ ...ſpeciei fuerit. Si pri- ...m caput cum hoc vige- ſimo contuleris, pleraque re- ctius intelliges.

ὅταν δὲ ἀνομογενής.] Cum autem eiuſdem generis. εἶδος καὶ γένος quid differant apud Dialecticos, vel pueris notum eſt. Hic exiſtimo codicis eſſe mendum, legendumque ἀνομοιογενής vna voce, Cum vero diſſimilis generis: vt ſit perinde ac ſi dixiſſet ἀνομοιοειδής. Quid velit, exempla declarant. φαντασία & λόγος ſunt ὁμοειδῆ, quia & vis ea quæ imaginem rei mente concipit, vel factæ, vel talis vt fieri poſſit, in anima eſt, & ipſa ratio eſt in anima. Sunt ergo eiuſdē ſiue generis, ſiue formæ. Sed corium eſt res extra animū: litera ſiue picta ſiue ficta, eſt extra animum. Animus igitur & corium, itemque litera, ſunt res diuerſi generis, diuerſæque formæ. Hanc ſimpliciſſimam eſſe puto ſententiam, nec requiri ſubtilem generis & formæ ſeu ſpeciei diſtinctionem. Nec tamen obſto, quo minus Ariſtotelica ἀκρίβεια hic locū habeat. Sed tum legendum videtur, ὅταν δὲ ἢ ὁμογενής. Quis vero huius diſtinctionis vſus, quis finis eſt? Neq; enim Epictetus in eo eſt, vt vel artem diſſerendi, vel naturæ obſcuritatē, aut vllam

aliam artem explicet: ſed id tantum agit, vt aliarum artium exempla ad morum doctrinam applicet. Is nimirum, vt animaduerſio excitetur, ne ratio ſuo muneri deſit, ſed viſa diiudicet, non temere aſſentiatur, non temere concupiſcat, non temere auerſetur quicquam. Id enim in tam cognata materia, atque adeo cohærente, multo fore turpius, quã ſi ſutor aut ſcriptor in materia extra ſe poſita falleretur, aut negligentius munus adminiſtraret ſuum. Turpius enim eſt, ea non perſpicere quæ ante pedes ſunt, quam in diſcernendis remotiſſimis hallucinari. Tu lector,

—Si quid nouiſti rectius iſtis,
Candidus imperti. Si non, his vtere mecum.

Si qui vero argutiora hæc minus aſſequuntur: illud teneant, ſummo cauendum eſſe ſtudio, ne in iudicio rerum expetendarum & fugiendarum errent, labantur, decipiãtur. Logica & Phyſica Stoicorũ ſpinoſiora ſunt, nec ſatis nota nobis: quod fragmenta quædam & exempla tantum hinc inde occurrant, integræ vero artes eorum interciderunt. Quare ſi in his errauerimus venia dignos arbitram

Σύστημα ἐκ ποιῶν ϕ στῶν.] Ordo, multitudo pages e viſis quibuſdam trum ratio ita conſtitu ſis, vt corpus human capite, brachiis, thorac tre, pedibus & reliquis putare non eſt huius Sed rationis munus eſt iudicationem rerum, c ſenſibus animo offeru ſatis nobis ſit.

ὀσφρησία.] Olfactu. M lici æs & recentem n tam etiam olfactu ſed ſcere perhibent.

ῥήξας τὸ δ᾽ λινάριον.] L dum ῥίψας, proiecto rio.

ἐπὶ δὲ τοῦ ταλαιπωροῦ ἡγ κοῦ] In miſero vero heg nico. Mens ſeu ratio, λόγος a Platone τὸ ἡγεμ ἢ ἡγεμονοῦν dictum eſt, inferiores animi part ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδὲ πάθη καὶ αἱ ὁρμαὶ, vis app di & iracendi, rationis ti ductum & auſpicia ſ neque latius euagari beant.

ἡ γὰρ ζημία οὐ περιπίπτει.] mnũ nõ incidit. h. e. non tim cernitur, nõ expẽd

περὶ τ᾽ ἀδιάφορα δ᾽, ἐα σμένως.] Sic legẽdũ: nõ v dex habet, περὶ τὰ ἀδιάφο

ϖεὶ τοῦ ἐκτυφλωθῆναι.] Sci-
et τὴν γνώμην, De cæcita-
mentis.

ὐτὸς ὁ ϖροηγούμενος λόγος]
ræcipua ratio, caput &
mma doctrinæ philoſo-
icæ. Sententia eſt: τὸ ὅτι,
c eſt nuda præcepta eſſe
ilia. Sed τὸ διότι, hoc eſt ra-
nes, quibus ea & intelli-
atur, & vera eſſe perſua-
ıtur, a gumentaque con-
ria diluantur: id vero eſſe
ficilius.

Οὐκ εἰκὸς εἶναι τῇ κιλέφῃ.]
ilim ἐν τῇ κιλέφει, vt ἐν
ρκί. Sententia eſt, cochle-
ı ipſam, hoc eſt viuum a-
nacuium, præſtare teſtæ
i includitur. Sic animum,
i corpore non ſecus ac co-
lea teſta ſua contineatur,
æſtantiorem eſſe corpore:
ominis bonum æſtiman-
m non e corpore, ſed ex
imo.

Τί τὸ ϖροηγούμενόν ἐστιν ἐφ'
ῶν;] Quid ſit in natura
ſtra præcipuum? hoc eſt,
rpuſne pluris ſit, an ani-
us?

τὸ ὑποστατικὸν καὶ οὐσιῶδες;]
uid ſubſtantiale & eſſen-
le? Propria vocabula no-
s nō ſuppetunt. Hoc vult,
inor, ratione & mente ho-
inem præſtare beſtiis: hoc
, ſi Porphyriano more lo-
amur, ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ νοῦς, ᾗ
διαιρετικὴ τε τῶν ἄλλων ζώων, καὶ
συστατικὴ τοῦ ἀνθρώπου διαφορὰ
ἐστι: Mente & ratione diſtin-
gui hominem a beſtiis, men-
te proprie abſolui homi-
nem.

In Caput 21.

Ὀβελίσκον κολοσσικὸν.] Le-
gendum ὡς ὀβελίσκον. Intel-
ligenda autem eſt ſtatua tri-
um laterum in acutum deſi-
nens, a ſimilitudine veru,
pyramidi non adeo abſimi-
lis. Hoc autem verbo deri-
det hominem inflatum, &
ſeſe efferentē oſtentatorem.

In Caput 22.

ϖεὶ ϖρολήψεων.] ϖρολή-
ψεις καὶ ἐννοίας Cicero anti-
cipationes, id eſt anteceptas
animo rerum quaſdam in-
formationes, prænotiones,
notiones, præſumtiones,
& notitias rerum conuer-
tit.

ἐγὼ οὖν μόνος; ἀλλ'.] Le-
go, ἐγὼ οὖν μόνος ἀγέραστος: vt
Ἰλιάδος:

—Ὄφρα μὴ οἶος
Ἀργείων ἀγέραστος ἔω. ἐπεὶ οὐ-
δὲ ἔοικε.

ταῖς ἐπὶ μέρους οὐσίαις.] Par-
ticularibus ſeu ſingulis eſ-
ſentiis. οὐσίας idem hic vale-
re cenſeo, quod πράγματα.
Sicut Iſocr[illegible] ἰδίας.

οἱ κοινωνοὶ] Socij. Non ho-
mines tantum intelligo, ſed

deos etiam. Siquidem mundus Stoicis eſt vna quædam magna ciuitas, communis deorum atque hominum.

εἶτα οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν ὑγίεια; Itane ſanitas bonum non eſt?] Aduerſarius obiicit. Si bonum hominis in animo poſitum eſt: ea in bonis non erunt, quæ ab omnibus bona iudicantur. Concedit Epictetus, ea non eſſe bona. Nam bona ſi eſſent, nullam neque cum diis neque cum hominibus ſanctã eſſe poſſe ſocietatem. Deos enim accuſari, quod bona non largiantur: homines, quod ea vel palam rapiant, vel clam ſurripiant. Sed quæri poſſit, rectene accuſet Iouem Irus, quod ſibi diuitias non dederit? Ideo ne Penelope formoſa non fuerit, quod a procis expetita? Procine recte fecerint, quod eam inuitam rapere voluerint? An non inuerti argumentum poteſt? Imo quoniam Irus ſibi negatas eſſe diuitias queritur, diuitiæ ſunt in bonis. Nihil enim niſi bonum aut ſit, aut eſſe videatur, expetitur. Sed quia mortales omnes, diuitias (tantas intellige rei familiaris copias, vnde honeſte poſſis viuere) bonas iudicant: eos non falli eſt probabile. Non quia He-

lenam Alexander rap
formoſa non fuit: ſed
formoſa fuit, ideo rapuit
Iri vero querelam quod
tinet, argillæ non eſt cum
gulo expoſtulare. Diſca
Paris & proci, appetitum
tioni obedientem præ
Sic & ſua ſorte content
runt, & nemini facient i
riam: neque negabunt
men, & diuitias eſſe bo
& Helenam ac Penelo
formoſas.

ἐγὼ μὲν γὰρ πέφυκα πρὸς
μὲν συμφέρον] Natura f
ad id quod mihi exp
Quid ni? Expedit vero
Ioue expoſtulare? exped
fraudare, furari, latroci
Non: quia iuſtitiæ repug
& honeſtati. Nihil ergo
le, niſi & honeſtum i
fuerit. Sed ideone ager n
malus eſt, ſi a vicino per
occupatur? Imo vicinus
lus, ager vero bonus. N
minus enim frumen
bonum gignit, etiamſi
trone fuerit excultus.

Συμφέρει μοι ἀγρὸν ἔ
Conducit mihi agrum h
re. Videtur omiſſum co
quens, cuiuſmodi fu
συμφέρει μοι καὶ ἀφελέσθαι
γείτονα: ergo etiam vic
eam eripere mihi condu
Sic quidem fures & latro
argumentantur: ſecus v

b

viri. Et hac ipſa de cau-
s Epictetus monet, bo-
hominis in animo, nō
ous externis eſſe collo-
um, ne furum & latro-
ſimiles fiamus, & in-
aduerſus Deum.
ς δ' ἔτι δωνήσομαι.] Vi-
deeſſe διαφυλάττειν.
κακοῖς δαίμοσιν;] Num
lis geniis? Scilicet, ne
nt: vt febri, ne nos in-
.

ὠδίνοντος.] Parturire di-
m, qui ſtudeat verita-
proferre in lucem, vt
da mulier fœtum. So-
apud Platonem mul-
putat de partu inge-
m, ſeque obſtetricis
ſſe ait adoleſcentibus.
' ἐνταῦθά που θῶ τὸ ἀγα-
Sed hic alicubi ponam
m. Lego, ἀλλ' ἐνταῦθα:
τὸ ἀγαθόν. Sed hic: vbi
em bonum? Sententia
orationem rerum bo-
n & malarum eſſe vi-
n, conſtare inter o-
. Sed illud non item:
m hominis, in animo
tum. προαιρετικοῖς per-
ſcriptum videtur, &
dum προαιρετοῖς.
τες μου καταγελάσονται.]
es me deridebunt. For-
non immerito, quod
eſſe ſtudes, cum ſis
: quod immodice &
exaggeras & extenuas o-
mnia: quod ea verbis con-
temnis, quibus re ipſa carere
nequis. Nonne ſupra confeſ-
ſus es, te ferreo candelabro
ſublato, paraſſe argillaceū?
Itane candelabro carere non
poteras? Re igitur indiffe-
rente carere non poteras.
Erat ſcilicet candelabrum
habere, προηγμένον, non ἀγα-
θόν: candelabro carere, non
quidem κακόν, ſed tamen
ἀποπροηγμένον. Quid ergo?
Finge candelabri tui furem
fuiſſe Stoicum (nondum il-
lum plane ſapientem: is e-
nim nihil tale commiſerit:
ſed ex eorum numero, qui-
bus adhuc pituita moleſta
eſt.) Is igitur qui candelabrū
προηγμένον iudicat, nonne
προηγμένου æque ad furtum
impellitur, vt plebeius fur
τοῦ ἀγαθοῦ? Sed temperandū
eſt calamo, ne me iratus E-
pictetus mancipium appel-
let, ſeque præ indignatione
inſanire fateatur.

ἄκουσόν μου τέκνον.] Patris
filium, aut alterius ſenis a-
doleſcentem aliquem caſti-
gantis, oratio eſſe videtur.
Philoſophandum eſt, inquit
homo politicus, ſed paucis.
Differendi & dicendi artifi-
cium petendum eſt a philo-
ſophis, iudicium bonarum
& malarum rerum a te ipſo.

Quis enim neſcit, quid bonum, quid malum ſit? Soli philoſophi de re notiſſima diſputant, abſurdiſque opinionibus & ſemetipſos & alios decipiunt.

δεῖ δὲ καὶ ἐγκέφαλον ἔχειν.] Etiam cerebrum habere oportet. hoc eſt, conſulere rei familiari, honoribus inſeruire, gratiam principum aucupari, non odioſe aduerſari opinionibus omnium, non aſpernari voluptates. Hæc eſt politica & popularis ſapientia, refutatu difficilior, ſi modum ſeruarit.

τί δαί σοι ποιητέον.] Moibanus: Quid ſi ſic legatur? τί δαί σοι ποιητέον ἐστὶν, σὺ κάλλιον οἶδας ἢ οἱ φιλόσοφοι, ἄνθρωπε. τί οὖν ἐπιτιμᾷς, εἰ οἶδα: (ad ſenem dictum) τούτῳ τῷ ἀνδραπόδῳ τί εἴπω; ἂν σιωπῶ, ῥήγνυται. πῶς ἐκείνῳ δεῖ λέγειν; ὅτι σύγγνωθί μοι, ὡς τοῖς ἐρῶσιν· οὐκ εἰμὶ ἐμαυτοῦ, μαίνομαι. Ad alios dictum de ſene, quem veriſimile eſt ab ipſo ἀνδράποδον vocari, quod vulgi more de rebus eum iudicare, enuntiarit fere ironica mimeſi: & annotatione ornamentorum corporis ipſum notet, vt eum qui falſam perſuaſionem etiam externis indiciis teſtetur, tali opinione & faſtu: cum ſit non mirum, ſi (vbi philoſophum
in ſua ſententia perſiſte
derit) eundem ſit procl
turus, vt non comp
ſuiipſius, atque inſanu

ἄνθρωπε, τί οὖν μοι ἐπιτ
εἰ οἶδα τούτῳ τῷ ἀνδραπ
εἴπω.] Homo quid m
iurgas, ſi ſcio iſti man
quid dicam? Obſcurun
quid velit. Mancipium
taſſis appellat adole
tem, quem ſenex meliu
re ait, quid bonum, qui
lum ſit, quam philoſo
Videtur ergo ſignifi
eum id minime ſcire, p
ſophum vero ſcire. eu
go audiendum eſſe a
ſcenti: philoſopho ver
ſerendum eſſe de rebu
nis & malis.

ἂν σιωπῶ, ῥήγνυται.]
ceo, diſrumpitur. Se
tia eſt: Opinor eam eſſ
roſitatem diuitum,
ſilentium ferre poſſint
diſputationes philoſo
rum.

ὅτι σύγγνωθι.] Ignoſc
bi. Videtur ſignificare
loſophum rectius ce
quam refragari homin
imperitis & import
quod diſputando nihil
ficiat, cum tanta res, q
de finibus bonorum &
lorum, nec paucis exp
nec a rudibus ſubito in
gi poſſit.

ſω εἰμὶ ἐμαυτ.] Non ſum
compos. Puto hæc imi-
one vulgi dici, quod ex-
iet philoſophos errore
tis affici, magiſtrorum
um ſermonibus depra-
s. Eſt certe ἀπόδωξις.
iditur enim irrita diſ-
tio.

In Caput 23.

πνοεῖ.] Excogitat. Lege
οεῖ, intelligit: & paulo
ἀπεσπασμένον οὐδὲν, nihil
um.

; οὖν ὑπονοητικοί ἐσμεν.]
pacto ergo ſuſpicioſi
s. Hæc lectio nihil ad
ntiam facit: ſiue ἔτι νοη-
dhuc rationis capaces,
ὑπομονητικοὶ tolerantes:
lacet. Legendum ſuſ-
ἔτι κοινωνικοὶ adhuc ſo-
es. Epicurus, inquit,
git nos ad ſocietatem
itos: ſed id diſſimulat,
um ipſe pugnare vi-
r. Collocat bonum ho-
in voluptate corporis
nim teſtam appellat,
ns ad id quod ſupra
chleæ bono dixit. Vt
ochlea in teſta, ſic a-
in corpore incluſus
voluptas ne turbetur:
ſuſcipiendos eſſe li-
neque capeſſendam
ublicam cenſet. Pu-
autem inter ſeſe: ho-
i eſſe ſociabilem, & ad ſuum commodum referre omnia. Exagitat Epicurum, vt qui tum aliud ſcribat, aliud ſentiat, tum parum ſibi conſtet, tum ridiculis argumentis naturæ humanæ ius peruertere conetur.

τί φοβῇ.] Quid times? malim ὅτι φοβῇ, quod times ſcilicet. Sed cauſa mutandæ ſcripturæ non eſt.

Διὰ γὰρ τὸν μῦν.] Nam propter murem. Ambiguum eſt, ſitne interrogatiue legẽdum, vt neget ita molles eſſe oportere, vt propter muſculum perturbentur. An vero ſine interrogatione: vt ſentiat, ſi tamen mollibus ſint animis, vt ab infante vagiente (hunc enim muſculo comparat) perturbentur, nunquam defuturas eis eſſe moleſtias.

ἐπείτοι εἰ ὡς ἐν μυίαις.] Nã ſi velut inter muſcas. μιμητικῶς ſub Epicuri perſona hęc dicuntur, populi obturbationes muſcis comparantis.

ἀλλ' ὁ μὴ εἰδὼς τίνα ταῦτα, τὸ λοιπὸν λέγειν, ὅτι μὴ ἀναιρώμεθα τέκνα.] Nõ ſatis aſſequor, quid ſibi velit. Qui ignorat hæc, quænam? ea quæ precedunt, an quæ ſequuntur? An vero aliquid eſt omiſſum aut deprauatum? ἀναιρεῖσθαι τέκνα

non eſt tollere e medio, ſed tollere ad educādum, vt Terentius: *Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere.* Moibanus: Forte legendum affirmatiue, ἀλλ' εἰδὼς ταῦτα: id eſt, cum ſciat, notaſque habeat haſce moleſtias.

Τί θέλεις.] Quid vis? Hæc iam Epicuri verba ſunt, refutantis exempla ouium & luporum.

Οὐκ ἄν σε ἔῤῥιψαν.] Non te abieciſſent. Significat opinor, Epicurum ob tantam inhumanitatē dignum fuiſſe qui abiiceretur. Sed tantam eſſe parentum pietatē, vt nec vita indignum filium abiicere poſſint. Hoc enim magis ad rem facit, quam ſi intelligas, futurum fuiſſe vt a parentibus abiiceretur. Nā hic quanta philoſtorgiæ vis ſit, oſtendere vult: non quid ἄστοργοι mereantur.

In Caput 24.

Αἱ περιστάσεις.] Circunſtātiæ, ad verbum. ὅποι ἄττ' ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα. Demoſthenes ἀ ὀλυνθ. qualeſcunque res vos circumſteterint. Verti pericula, rerumque difficultates: neque enim de rebus ſecundis hic agitur.

βέβηκεν.] Malim συμβέβληκεν. Sic apud Ciceronē cōpoſitiones gladiatorū dicūtur.

εἰς τὴν ῥώμην κατάσκο πέμπομεν;] Romam expl torem mittimus. Fort ad ea tempora alludit, poſt Neronis interitum plures de imperio certai & quiſque ei ſtudendui ſeret, penes quem fore v riā probabile videretur. bunt autem, Epictetu dio tyrannidis Romai patriam Hieropolim F giæ vrbem rediiſſe.

εἶτα καὶ τὸ σωμάτιον στιλ συνεστραμμένον.] Etiam puſculum nitens, & coi tum. Significat, Diog non tantum inuictun mum, ſed etiam ſalubr pus in extrema inopia ſeruaſſe. Horatius:

Me pinguem & nitidun
curata cute viſes,
Cum ridere voles Epic
grege porcum.

Hic συνεστραμμένον, quod εὐπαγὲς καὶ νευρῶδες ſolidū & neruoſum: v ζῶται συστραφέντες, cum ſatur acies.

Τί δὲ τὸ γυμνάσιον εἶν γῇ;] Gymnaſium qui dicit? Corporis exerci nem palæſtricam inte qua corpus aduerſus ris iniuriam melius m tur, quam ſplēdidiſſim ſtibus. Sic in Gallia ſt nonnulli pro foco & ca

to, ludo pilæ & diſcurſa-
ibus hyeme vtuntur: nō
e quidem, meo iudicio
eſtat enim calorem in-
um agitatione corporis
, quam externa mem-
oueri) niſi iſta ratione
tum temporis ſtudio li-
um ſurriperetur.
ἀλὰ φθόνον μοὶ κινεῖς.] At
diam mihi conflas. Si-
icat opinor, inuidiam
e contemni ab eo, qui
m non magnifaciat. Nec
a puto ſub tyranni per-
hæc dici.
ι ἔτο φοβοῦμαι.] Lego
.
ἐγὼ αὐτὰ λέγομεν.] Lego
μαι.
πολίτῃ σοὶ τοὺς κραββά-
] Interrogatiue & nega-
lego.
γῳδίαν συμπληροῖ.] Tra-
liam complet. Sunt qui-
in tragœdiis etiam ſer-
ancillæ, ſed atroces e-
tus ad eos non æque
inent.
ρὶ μετὰ πολλῶν περιπατῶ.]
um multis ambulo. At
t iſte: Non vt princeps,
vt ſeruus. Reſpondebit
ſtetus, ſibi nihil eſſe o-
comitatu & obſeruan-
populi.
ἡ ἤνοικται ἡ θύρα.] Ianuā
ere: hoc eſt, mori licere
n primum vitæ pertæ-
ſum fuerit: quod ſummum
homini bonum a natura eſ-
ſe conceſſum, putat Plinius.

In Caput 26.

ἀναγινώσκοντος δὲ τοὺς ὑπο-
θετικούς.] Legente autem hy-
potheticos, ſcilicet τινός, Cū
quidam legeret. Niſi forte
ſit ἀντίπτωσις, pro ἀναγινώ-
σκων, Cum ipſe legeret. Epi-
cteti mos eſt, præcepta Dia-
lecticorum ad doctrinā mo-
rum accommodare: & mo-
nere adoleſcentes, ne ſimiles
euadant ſophiſtarum, qui,
vt ait Iſocrates, τὰς ἐναντιώσεις
ἐπὶ μὲν τῶν λογιδίων τηροῦσιν, ἐ-
πὶ δὲ τῶν ἔργων μὴ καθορῶσιν.
Cum in oratiunculis caue-
ant, ne contraria ſibi dicant,
non perſpiciunt cum factis
ſuis pugnare orationem.

τοὺς ὑποθετικούς.] Declare-
mus exemplo. ὑπόθεσις eſto,
Diem eſſe: ergo ſequitur, So-
lem ſupra horizontem eſſe.
aut contra, Solem eſſe ſupra
horizontem: ergo, diem eſſe
negari nequit. Nam alioqui
regula Dialectica violabitur.
In doctrina morum hypo-
theſis eſt: Finem eſſe homi-
nis, naturæ congruenter vi-
uere. Naturā autem homi-
nis eſſe poſitā in προαιρέσει:
hoc eſt, vero iudicio & recta
voluntate. Has hypotheſes
illud ſequitur: In excolendo
animo in primis eſſe elabo-

randum: animo bene affecto, in malis eſſe neminem. Cum hypotheſibus his pugnat: iacturam pecuniæ, aliarumue rerum deplorare: aut omiſſa ingenij cultura, conſectari opes, honores, voluptates corporis. Hanc huius capitis ſummam tenere, mihi ſatis eſſe videtur. Verba autem alicubi ita intricata in eo ſunt, vt ingenue fatear, me vix, ac ne vix quidem, quid ſibi velint, aſſequi. id quod plerunque fit, cum τὰ λογικὰ τοῖς ἠθικοῖς miſcentur. Videtur Epictetus propemodũ inuitus tractaſſe Logica, & ita tractaſſe, vt omiſſis Stoicorũ argutiis ſtatim ad vitã & mores tranſiliret.

ἐπὶ τῆς θεωρίας.] In contẽplatione. Intelligere quid verum, rectumque ſit, prius eſt, & facilius. Id vero exſequi & obſeruare, poſterius ac difficilius.

σύνοιω ἁμαρτάνω.] Num pecco, interrogatiue: vel οὔκουν? Non ergo, affirmatiue, ὀργὴν ἐδίδαξε.) ὀργὴ legendum, nominandi caſu.

ταῦτα ἐκείνῳ μόνῳ λέγειν ἔξεστι.] Hæc ei ſoli dicere licet: hoc eſt, is filius ſolus poteſtatem habet hæc dicendi ad patrem, qui recte viuendi, non oſtentandi ingenij cauſa philoſophatur.

ἐκεῖ μεγάλαι ὗλαι εἰσὶν.
lic magnæ materiæ ſunt
ius rei? vt ſis admiration
diſſerendi acumen? q
ſcilicet proceres morum
ctrinam non curant, &
dem ingenij pluris fac
quam animi tranquil
tem. An vero illud ſigi
cat, oſtentatores iſtos ar
re diuitias & honores,
animo excolendo ſtudi

οἱ ἐνθάδε πλοῦτοι.] H
loci diuitiæ: hoc eſt, pl
ſophicæ opes, rectum i
cium de rebus, tranquil
animi, &c.

κρατῆσαι τῶν φαντασ
Continere viſa, ſeu im
re viſis: hoc eſt, difficil
non magnifacere, & in
nis numerare magnific
ſtos apparatus, & ſplc
rem diuitiarum, eoſque
mi bonis non anteferre

ἑκατὸν πεντήκοντα μυ
ριάδας.] 150. myriadas δραχ
vt opinor, more Gr
Quod ſi, vt ij cenſent q
re nummaria ſcripſer
denæ drachmæ coronat
ſeu aureum nummum I
nenſem (vti nunc val
conficiunt: ſumma
150000 aureorum, opta
(vt ioco dicere ſolent)
pertas. Sin μυριάδες ni
mũm Latino more ac
endæ ſunt, & mille n

n

25. coronatos facit: ...na erit aureorū 37500. ...a quidem, Epicteti iu... deploranda. Sed ſi mi...e rogetur, cur tantam ...iam deploret? Reſpon... opinor, ad tuendum ...æ ſuæ ſplendorem, ne...ā ſufficere illam. Sed ...Epictetus? Minuēdum ...xum, ſplendorem ab ...bonis petendum, non ...one populari metien...eſſe. Vter rectius?

...ίξας δὲ τὸν ἀναγινώσκον... κορίξας intelligo, μετ' ...ῆς κολάσεως. Sed quis ...iit lectorem? Epicte...n vero alius?

...ποθεμένου αὐτῷ τὴν ἀνάγ...ν.] Eſtne idem, qui ὁ ...ς. Idem ac lectorem vo...,eumq; ſe deriſit impe...ſcilicet legentem ea quę ...telligebat? Sic videtur.

...ν' ὡς ἀναγνώσῃ αὐτῷ ... At pro lectore eo vte...uaſi dicas, non opus eſt ...um intelligere, modo ... vt ipſe intelligam.

...οῦ ἔφη; Quid tum? in..., Epictetus ſcilicet. Ea ...equuntur, videntur in...gatiue legenda, hoc fe...odo: Quid tum, inquit? ...qui non tantum legit, ...etiam intelligit argutias ...ecticas, maximarum re... iudicium eſt credendū? quaſi dicat: Nequaquam. Si ſine interrogatione legatur: ſignificat, quid fiat, nō quid fieri debeat. Philoſophi, inquit, eſt non dialectici, vere laudare & vituperare. Cicero Lucullo: Dialecticam inuentam eſſe dicitis, veri & falſi quaſi diſceptatricem & iudicem, &c. quod ſit ſummum bonum? quid habet vt queat iudicare? Quæ coniunctio, quæ diſiunctio vera ſit, &c. Lector ipſe locum hunc inquirat, quem breuitatis cauſa omitto, quanquam non ad hoc tantum caput intelligēdum vtilem.

ὁ μὴ διευρίσκων τὸ ἑξῆς.] Qui id quod ſequitur non inuenit, hoc eſt (vt opinor) Dialecticæ imperitus, magnifacit Dialectici de ſe iudicium.

ἐν τοῖς οὕτω μικροῖς.] Quæ ſunt illa parua? Num argutiæ Dialecticæ? an vero imperiti iudicis laudes?

In Caput 27.

ἐν πᾶσι τούτοις εὐστοχεῖν.] In his omnibus attingere ſcopum: hoc eſt hominis docti eſt, recte de omnibus rebus iudicare: non moueri inani ſpecie, ſed veritate, & vanæ opinioni firmas rationes opponere.

αἱ τῶν πραγμάτων πιθανότητες.] Rerū probabilitates

id eſt, illecebræ ad aſſentiendum. vt diuitiarum πιθανότης eſt, eas eſſe bonum, & expetendas: mortis, eam eſſe malum, & auerſandam.

ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἡ μήτηρ, ἐξεκόπη.] Pater eius, mater, ſublatus eſt. Sic diſtinguenda hæc exiſtimo. ἐξεκόπη exciſus eſt; vel pro funditus interiit, vel morte violenta interiit, accipio.

ἐσμηγμένας.] Abſterſas. a σμήχω, vnde σμῆγμα.

οὐκ τὰ κακὰ ἐκκλίνειν καθήκει, ἀναγκαῖον δ᾽ ὁ θάνατος.] Mala conuenire declinari. Mortem autem eſſe neceſſariam, hoc eſt, ineuitabilem, non igitur malam.

ὅταν θάνατος φαίνηται.] Cū mors apparuerit. Videtur omiſſum κακόν. Si mors viſa fuerit eſſe malum, bonum eſt, &c.

ἔστω ἐμὲ εἶναι σαρπηδόνα.] Finge me Sarpedonem eſſe. Quem Homericus Iupiter, quamuis carum filiū, morti eripere non potuit.

ἔστω ταῦτα ὑπὲρ ἡμᾶς.] Sint hæc ſupra nos. ἐκεῖνο οὐ πίπτει εἰς ἡμᾶς; Illud non cadit in nos? Sententiam eſſe puto: Quamuis non optio detur nobis aut accumbendi, aut pugnandi fortiter in bello: illud tamen a nobis non eſſe alienum, vt moriamur. Dandam igitur (... ram, vt contra mortis ... tum parati ſimus.

ποῦ φύγω τὸν θάνατον;] (... fugiam mortem? hoc ... quo me recipiam, vbi ... tutus a morte?

τὸν ἐμποδίζοντα ἐκτυ... σαι θέλω.] Excæcare vo... a quo impedior. τὸ ἐκτυ... σαι, pro adimere facult... impediendi intelligo. V... tur alludere ad Homeri Polyphemum, quo exc... to Vlyſſes ex antro eua...

χεῖρόν ἐστιν.] Malim ... Impietas, inquit, cum ... ſim infelix, nihil mih... commodabit.

ἐκείνου μεμνῆσθαι.] ... δεῖ, vel legendum μέμ... Illud meminiſſe op... vel illud mementote.

ταῦτα οὐ δοκεῖ ἐπείγει... Non videntur hæc v... tia? Significat, præcept... eſſe maximi momenti.

συνηγορῆσαι τῇ συνη... Patrocinari cōſuetudin... eſt, ſententiæ vulgo re... de cognitione & cert... ne rerum, quam oppu... Sceptici, ſublata aſſen...

τοῦ κατὰ τὸν τόπον.] Eo... eſt huius loci, vel vno ... ſum contentus: hoc e... vna loci circumſtantia ... lit Scepticos. Niſi enin... eſſet aliquid, cib um ali...

r

ninus ingereremus, quam nobis ipſis, &c.

καὶ τίς ἀντιλέγει;] Et quis cōtradicit? Cui? Vtrum Scepticis? an vero quis negat quin ita faciendum ſit, vt muniti ſimus contra Scepticorum ἀκαταληψίαν.

ἀλλὰ τὸν δυνάμενον, Sed eū qui poteſt.] Scilicet, δεῖ πραχθῆναι. Eum qui rationes contrarias opponere poteſt: hoc eſt, eius eſt refutare Scepticos, qui mentis & ſenſuū integritate eſt preditus, quique abundat otio. Quaſi dicat, ſtultos aſſentiri Scepticis, quorum ita ſit abſurda oratio, vt eam refutare ſuperuacaneum eſſe videatur.

τὸν δὲ τρέμοντα.] Ei vero qui tremit. Significat, opinor, infirmi & timidi eſſe animi, nugis Scepticorum commoueri.

In Caput 28.

ἡ φύσις αὐτή.] Lego αὕτη, ab οὗτος.

πάθε εἰ δυνάσαι.] Verbum πάσχειν ita hic vſurpatur, vt ſupra annotauimus. Afficere animo, quia durius videbatur, verti, perſuade tibi. Eadem eſt verbi ἀποπάσχειν ratio. Simplicius πάσχειν ὑπὸ τῶν λόγων moueri, atque affici oratione.

ἀπὸ οὐ δεῖ]Pro ἀπὸ οὐ, lego τὸ δεῖ.

τῷ φαινομένῳ.] Ei quod apparet. Verti, ſequi opinionē ſuam. τὸ φαινόμενον, ſcilicet συμφέρειν ἢ ἀληθὲς ὑπάρχειν. Quiſque id ſequitur, quod aut ſibi expedire, aut verum eſſe iudicat.

τί οὖν χαλεπαίνεις αὐτῇ.] Si geminetur interrogatio, erit acrior ſententia, hoc modo: Quid ergo ei ſuccenſes? eone, quod maximis in rebus decepta eſt miſera? Ad rem quod attinet, facinoroſis iraſcimur, nō quia decepti ſunt: ſed quia ſua voluntate coacti & decepti ſunt, quia voluntas praua recto iudicio non aſſentitur. Vt autem ei aſſentiatur, malo cogēda eſt.

οὐχὶ δ᾽, εἴπερ ἄρα, μᾶλλον ἐλεεῖς;] εἴπερ ἄρα aut redundare, aut aliquid deeſſe videtur.

τοὺς τὰ κυριώτατα πεπηρωμένους.] τὰ κυριώτατα intellige, non maximis in rebus, ſed quorum principales & præcipuæ partes excæcatæ ſunt & claudicant. Hæ vero ſunt, Iudicium & voluntas.

πράξεως φαινόμενον.] Lego τὸ φαινόμενον.

οὐ προσκόψει οὐδενί.] Non offendet quenquam. A verbo κόπτω, non a σκώπτω.

καὶ τὸ σῶμα ὁμοιότατον πηλῷ.]

Videtur poſterius membrũ omiſſum, & ſic ſupplẽdum: ὅμοιον. ὅμοιον δ' οἰκία καὶ νεοσσία; ὁμοιότατον πόλιν

πόθεν οὖν ἔτι παράδοξας.] Cur iſtam opinionem adiungis? ſcilicet, cædes & excidia eſſe mala Cicero Lucullo: Rebus ſumtis adiungam, & his ſequendas eſſe alias, &c. Negant hoc Stoici, vt ſatis notum: nec tamen, vt opinor, cuiquam ſano adhuc perſuaſerunt.

φέρε τὰς προλήψεις.] Profer anticipationes: id eſt anteceptas animo rerum quaſdam informationes. Solet τὰς προλήψεις καὶ κοινὰς ἐννοίας Cicero etiam prænotiones, notiones, præſumtiones, notitias rerum appellare. Si Stoicæ προλήψεις ſumantur, hominis bonum & malum in ſolo animo eſſe ſitum, vicit Epictetus. neque enim occidi animus poteſt. Sed Cicero aliam πρόληψιν veriorem, vt opinor, afferet: Principio, inquit, generi animantium omni eſt a natura tributum, vt ſe, vitam, corpuſque tueatur, declinetque ea, quę ei nocitura videantur: omniaque quæ ſint ad viuendum neceſſaria inquirat, & paret, vt paſtum, vt latibula, vt alia eiuſdem generis. Commune autem animantium omnium eſt coniunctionis appetitus, procreandi cauſa, & cura quædam eorum quæ procreata ſunt

τὸ κατὰ τὸν τόπον ἀληθές.] Verti, in quocunque rerum genere; Ad verbum, Id quod eo loco verum eſt.

τούτου οὖν μηδεμίαν.] Legendum. τούτου οὖν μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, τίνος ἡμῖν εἶναι δοκεῖ. Cuius eſſe videtur, non curare vt recte ſentiat? Sanos eſſe negat, qui non ſtudeãt veras habere de quibuſuis rebus opiniones. Sũt ea quæ ſequuntur, interrogatiue legenda.

In Caput 29.

αὖ τὰς ὕλας μὴ θαυμάσῃ] Si materias admiratus fueris hoc eſt, non magni feceris Deſpicientia rerum humanarum commendatur. Materiam autem intellige res humanas, non tantum diuitias, vxorem, liberos, amicos, honores: ſed etiam tuum corpus, ſanitatem, robur, formam, celeritatem horumque contraria. Solæ enim virtus & ſapientia materiæ appellatione excipiuntur, & ad affectionem potius referuntur: non ſunt ligna & lapides, ſed architecti. Horatius idem docet epiſtola quadam, his verbis:

N

il admirari, prope res eſt vna Numici,
laque, quæ poſſit facere & ſeruare beatum.

καὶ μὴ καλῇ.] Et non vo-t. Lego, καὶ μὲ καλῇ, meq; ıcet. Sæpe facit mentionē ıictetus acceſſus ad Cęſarē: rei maxime formidabilis.

ὁ δ᾽ μὴ.] Lego οἱ δὲ μὴ.

Σωκράτης οὖν ἵνα πάθῃ ζῶ-ν.] Proſopopœia eſt.

τὸ Σωκράτους πραγμάτιον.] ego σωμάτιον.

κἀκεῖνο ἀποφύγῃ.] Atque ıud aufugiat. Poteſt de in-ritu corporis intelligi, quē gam appellat. Sed legen-ım opinor ἀποψύχῃ, ab πoψύχω, non ab ἀποφεύγω: ırpus enim manet, ſed ani-ıa fugit. Apud Sophoclem t ἀποψύξαι βίον, pro ἀπο-νήσκειν. Interpreteris igitur cet. Atq; illud mori, vel fri-ore obtorpeſcere: vt alluda-ır ad Platonis Phędonē, v-i Socrati βαρυνόμενα τὰ σκέλη, ipſe ψύχεταί τε καὶ πήγνυται.

Δεῖξον οἷς χείρονα.] Lego, ἢ ὁ χείρονα.

τοσοῦτον ὠνήσατο.] Lego το-ύτου, vel certe τοσούτων.

καὶ ποίαν ἔπραξαν αὖ εἰσαγω-γὴν.] Lego ἔπραξ᾽ αὖ. εἰσαγω-γὴν hic intelligo σύντομον δι-δασκαλίαν. Quęnā ita efficax oćtrina, quod cōpēdiū, quę ra-io id mihi pſtare potuiſſet?

περὶ οὗ τοῦ οὖν οὐκ ὠφελῆσαι.] Lego ὠφέλησαι, paſſiui præteriti ſecunda perſona.

μέχρις ἂν οὖ ὁ λόγος αἱρεῖ.] Quoad ratio euicerit, obtinuerit. Platoni frequens loquendi modus.

ἐὰν δὲ μὴ οὗτο θέλῃ.] Si te ſibi applaudere noluerit. Malim θέλῃς: ſi tu ei applaudere volueris.

οὗτός ἐστιν εὐφυὴς νέος.] Hic eſt bonæ indolis adoleſcens: ſcilicet, qui ſe in difficilioribus exerceri vult. Lego ἀποφαντικῶς, non πευστικῶς.

ἔμαθες, οὐχ ὡς.] Lego ἔμαθες; πευστικῶς. & poſtea εἰ οὐχ ὡς ἔργα.

πότε τίς ἐμοὶ καταμελεῖ τοιοῦτον ἀγῶνα;] Quando quis mihi negligit tale certamē? Apud Iſocratem, οἱ μὲν πολλῶν καταμελοῦσιν. Nec conſtructio, nec ſententia ſatis placet: nec tamen occurrit, quid pro καταμελεῖ reponendum eſſe videatur. Neque enim καταμένει, neque καταβαλεῖ placet. Videtur generoſus adoleſcens his verbis expoſtulare cum eo, cuius culpa fiat, ne in tale certamen deſcendat. Qui aliquid melius inuenerit, candide communicet.

πῶς μελετᾷ τὴν ὑπόθεσιν.] Quomodo tractet cauſā. μελέται ſunt declamationes, q b.

hic res aduerſæ comparãtur: quod vt declamationes eloquentiæ, ſic hæ virtutis ſint exercitatio.

χρήσασθαι δεήσῃ.] Lego *τῇ δεήσῃ*.

ἀλλὰ μὴ τοιοῦτό μοι περιβάλῃς τρόπικον.] Quid *τρόποι* ſint apud Rhetores, notum eſt. Sed quid *τροπικὸν* hic ſibi velit, niſi pro obſcuro & intricato ponatur, non video: ne *τοπικὸν* quidem ſatis placet. Legendum *περιβάλῃς* actiue.

μὴ τοιαύτην ὑπενέγκῃς τὴν ὑποφοράν.] Ne talem obiicias obiectionem (ſic enim in Scholis vulgo appellant, quã Vlpianus Demoſthenis interpres *ἀντίθεσιν* vocat. *ὑποφορὰ* καὶ *ἀνθυποφορὰ*, quid ſint apud Rhetores, notum eſt. Senſus huius loci eſſe videtur: non minus ineptum eſſe, qui talem vel talem caſum obiici ſibi poſtulet, quã declamatorẽ, qui ab aduerſario nihil ſibi velit obiici, niſi quod ipſius cauſæ ſeruiat.

ἐστι χρόνος τάχα] Eſt fortaſſe tempus. Lego *ἔσται*, Erit. Sententia eſt: Hiſtriones fortaſſis aliquãdo non arte ſua, ſed ornatu erunt freti. Sic philoſophi barba & pallio, non vita & moribus ſicut pſeudomonachi cucullo, non pietate & vitæ ſan[c]tate.

ἐν εἰδώλῳ αὐτὸν περισπάσῃ.] In ſimulacro vel v[...] bia cum adduxerit. Non ſequor quid ſibi velit, [...] forte vmbræ mortuoru[m] vt Polydori in Hecuba [E]ripidis, nudæ in ſcenam [...] inuolutæ faſciis prodieri[nt] ſine ornatu tragico.

ἀναβαίνεις.] Scilicet *ἐπὶ βῆμα*. Aſcendis ad tribu[nal] dicẽdi teſtimonij cauſa. C[ele]brum eſt apud Demoſth[enem] & alios oratores, *καί μοι ἀνάβητέ μοι μάρτυρες*.

περισπαγεῖν.] Lego *περι[σπα]γεῖν εἰς μαρτυρίαν*.

περὶ συνημμένου τινός.] [De] cõnexo ſeu copulato alic[...] hoc eſt, de propoſitione [hy]pothetica.

περὶ τῆς νήτης εἶναι ὑπά[την] De infima voce eſſe ſum[...] Conſtructio Græca infin[...] ui: vt apud Sophoclem, *βαῖν τοιαύτην τὴν ὑπηρε[σίαν] παρὰ θεῶν διὰ τὸ δίκαιος ε[...]* Neten & hypaten, quia [vo]cabula ſunt artis, mu[tare] nolui.

ὦ πολλῆς ἀδικίας τῶν πε[παι]δευμένων.] O quanta fit e[ru]ditis iniuria. *ἀδικία* paſ[ſiue] accipiatur, pro *ὦ ὡς σφ[όδρα] ἀδικοῦνται οἱ πεπαιδευμένοι*.

τὰ λογάρια τὰ περὶ τούτ[ων] Sermunculos de his, ſcil[...] peru[...]

ruerſis iudiciis. Mercena-
j, inquit, philoſophi iſta
rant, veri philoſophi ne-
igunt.

ἀλλά γέ μοι τὰ βιβλία τῶν Στωϊκῶν λογαρίων.] Nā Stoi-
rum diſputationum libri
nihi ſuppetunt. Hanc ſen
ntiam eſſe puto. Neque
gendum, ἀλλ' ἄγε μοι, Imo
ffer mihi libros.

ὁ σχολάζοντος.] Id eſt σχολακοῦ, ὁ φιλοσοφοῦντος. Non
ic hominem otioſum in-
elligo, ſed ſtudioſum: hoc
ſt, diſcendi labore occu-
atum.

τῷ ἐπὶ τῆς φυλακῆς.] Cu-
odi carceris. Vide Crito-
em & Phędonem Platonis.

In Caput 30.

λέγε καὶ τὰ ἑξῆς.] Dic et-
am ea quæ reſtant, vel quæ
um his cohærent. Iubet de-
larari τὰ ἀδιάφορα. Quæ
unt ἀδιάφορα; τὰ ἀπροαίρετα,
nquit.

ταῦτα καὶ νῦν λέγεις;] Iſtane
tiam nunc dicis? ταῦτα καὶ
νῦν λέγω. Eadem etiam nunc
lico. Sic diſtinguendus eſt
hic locus. Et fortaſſis initio
quoque legendum ταῦτα.

ἄπιθι λοιπὸν ἔσω.] Iam in-
roito, ſcilicet πρὸς τὸν ὑπερέχοντα. Fidenter adito prin-
cipem.

τί ἐστι νέος;] Quid ſit ado-
leſcens? id eſt, quantum ex-
cellat inter cæteros.

ὅτι πείσῃ τὸ τοιοῦτον.] Te
paſſurum eſſe tale: id eſt, Ta-
le aliquid in mentem tibi
venturum. a πάσχω, non a
πείθω.

οἱ ἐπὶ τῆς μαχαίρας.] Qui
gladio præſunt. Non ſatis
ſtatuere poſſum, num gla-
diatores, an præfectum prę-
torio, an ſatellites, an armi-
geros, an vero ſpiculatores,
aut aliud aulicum munus
ſignificet.

πρὸς τὸ μηδέν;] Ad nihil?
vel, ad rem nullius momen-
ti: vel, citra neceſſitatem, &
ſine fructu.

Finis Annotationum in primum librum.

ANNOTATIONES IN LIB. II.

In Caput 1.

ἐναντίως γάρ πως δοκεῖ.] Le-
go πως ἔχειν δοκεῖ.

ὅπου δὲ τὰ προαιρετικά.] προαιρετικὸς τῶν δικαίων apud A-
riſtotelem, qui iuſtitiā am-
plectitur. Nam verbalia in
ικὸς actiue ſignificant: in τὸς,
paſſiue. Puto igitur legendū
ὅπου δὲ τὰ προαιρετά. & infra,
ἐν τοῖς προαιρετοῖς, & ἐν τοῖς
ἀπροαιρέτοις: niſi forte ſit e-

nallage. Sed toties in hoc Opere προαιρετικὰ pro προαιρετὰ ſcribitur, vt recentiores diſcrimen hoc neglexiſſe ſuſpicer: ſicut τὰ πρακτικὰ τῆς ἐν φερραρίᾳ συνόδου καὶ φλωρεντίᾳ, pro τὰ πεπραγμένα inſcribuntur.

ἔκκλησιν.] Lege ἔκκλισιν per ι.

πρὸς τὸν θάνατον τὴν φυγήν.] Lego οὐ τὴν φυγήν, Non fuga eſt morti opponenda. Si quis legere maluerit πρὸς τὸν θάνατον καὶ τὴν φυγὴν aduerſus mortem & exilium: erit ἀνανταπόδοτον. Quare πρὸς τὸ περὶ αὐτοῦ δόγμα, pro ἀλλὰ πρὸς τὸ accipio.

τὸ ἀδιαφορητικόν.] Fortaſſe τὸ ἀδιάφορον. Si lectio mendoſa non eſt, ſignificat hæc vox dogma quo mors ſtatuitur non malum, ſed indifferens quiddam eſſe. Verbum αὐθαιρέτως, aut αὐτάρκης, a librario videtur omiſſum.

Δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ ὥσπερ καὶ τὰ παιδία πρὸς τὰς μορμολυκείας.] Conſtructio duriuſcula eſt, ſed plana ſententia. Non alia de cauſa, inquit, res exhorreſcimus, quã pueri laruas. Hoc eſt, imperitia nos timidos facit. τὸ μορμολύκειον genere neutro vſitatius eſt.

Στρέψας αὐτὸ καλάμαθι] Lego καλάμαθε: Inuerte: ita eſſe cognoſcas.

ὡς πρότερον ἐκεχώριστο.] prius ſeparatus fuerat. Se[n]tit, animos eſſe ante c[or]pora, & in ea demitti, ex [v]niuerſa mente diuina d[e]batos, vt ait Cicero.

πρὸς πάντα γὰρ δεῖ ἠνοῖχθαι τὴν θύραν.] Ad omnia op[or]tet apertam eſſe, vel pat[ere] ianuam. Sacra (vt ſuperi[o]re Tomo diximus) philo[ſo]phorum ancora eſt, ſibi [re]bus vndique deſperatis, n[e]cem conſciſcere. Vnde app[a]ret, eos, quamuis aliud e[di]xerint, ſenſiſſe, dolorem, [vi]tam & mortem non eſſe ἀδιάφορα. Nam ſi dolor m[a]lum non eſt, & inter vita & mortẽ nihil intereſt: q[uæ] cauſa eſſe poſſit, cur vit[æ] mors præferatur, quantu[m]uis ianua pateat? Accidit igitur philoſopho idem, qu[od] apud Maronem Turno:

Illi ſoluuntur frigore mem-
bra,
Vitaq; cum gemitu fugit in-
dignata ſub vmbras.

οὐ γὰρ τοῖς πολλοῖς περὶ τούτων.] Ex iis, quæ ſequuntur apparet, pro πολλοῖς legendum νόμοις, aut νομοθέταις non vulgo, ſed legibus, au[t] legumlatoribus.

οὔπω νῦν ἄλλο τί ἐστι.] Fortaſſ[e]

iſſe μῶν pro νῦν legendum, ſum pro nunc.

ὡς βουλόμεθα διεξάγειν.] Vt ol[…]mus degere. διεξάγειν διεξαγωγὴ Stoicis omnem [..]tius vitæ curſum ſignifi[c]it. Cicero libertatis eſſe [pr]oprium, ſic viuere vt velis, [a]ffirmat.

βούλεσθε ζῆν ἁμαρτάνοντες;] Vultis viuere delinquẽ[te]s. Verecundior fuit illa æ[ta]s noſtro ſeculo. Nã com[pl]ures inuenias, qui rogati, [a]n velint helluari, adultera[ri], ſcortari, ludere, otio tor[pe]ſcere, circũuenire ſimpli[ci]ores, imbecilliores oppri[m]ere: reſpondere non dubi[ta]nt, ſe ni ita faciant, vitam talem non iudicaturos. [Se]ntiunt enim, hæc aut pec[ca]ta non eſſe: aut non tanta, [ut] propterea ſuis commodis [no]n coniulant, & genio non [in]dulgeant. Denique aliter [q]ui poſſe nonnulli nega[bu]nt, ſi verbo minus, at vi[ta] & moribus. Sed hæc for[ta]ſſis ἀπροσδιόνυσα. Nam τὸ [ἁ]μαρτάνειν etiam de fruſtra[ti]one intelligi poteſt. Tum [ve]ro nemo erit, qui ſe velle [ἀ]τυγχάνειν reſpondeat.

[το]ῦτ᾽ ἐστὶν ὃ θεὸς σοὶ ἐπιτρέπει.] [H]oc eſt quod Deus non per[m]ittit. Malim ὁ ſine accen[tu]. Nos, hoc eſt, Deus non [pe]rmittit.

ὅταν οὖν στρέψει τις ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον.] Si quis verterit, coram prætore ſeruum ſuum. Vtrum certus fuerit manumiſſionis ritus: an vero ſimpliciter ſignificat ſiſtere prætorio, adducere ad prætorem, & coram eo libertate donare: aliis diſceptandum relinquo, ſicut & illud quod libro 4. ſępius occurrit καρπισθῆναι ἔχειν καὶ διδόναι. Noſtra enim, nunc quidem, nihil intereſt: quibus ceremoniis ſerui liberati fuerint olim. Hoc nobis ſatis eſt, Epictetũ negare, tam patronum quam libertum, vtut paruerint legibus, eſſe liberos: dũ affectib. ſeruiant.

εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι.] Viceſimam de eo dare, ſiue peculij, ſiue pretij partem intelligo, quanti vel emtus fuerit, vel venire potuerit. Vectigal venditionis fuiſſe videtur vigeſima pretij pars, quæ magiſtratui pẽderetur.

ὁ ἄλλους στρέφειν δυνάμενος.] Tu qui alios vertere, hoc eſt, coram prætore manumittere potes. τρέφειν pro στρέφειν perperam eſſe ſcriptum apparet.

ἀλλ᾽ οὐκ ἀνέγνων σοὶ; οὐδ᾽ ἔγνως τί ποιῶ;] Nõne legi tibi? nonne cognouiſti quid agã? Verba diſcipuli ſunt, ſuũ ſcribendi ſtudium iactantis.

ἐν λεξιδίοις· δεῖξον πῶς.] In verbis. oſtende quomodo. Reſpondet Epictetus, inane eſſe ſcribendi ſtudium, niſi animo ſis trranquillo. Sed pertinent hæc non ad diſcipulos artium dicendi, quorũ laus eſt emendate loqui, ſubtiliter diſputare, ornate ſcribere: ſed ad doctrinę morũ atque officij auditores.

ἐκεῖνα δὲ τὰ περιόδια, ἂν νοῦν ἔχῃς, ἆρας που, ἀπαλείψεις.] που legendum cum graui, Aufer aliquo, & deleto. τὰ περιόδια, vtrum orationem periodicam, an vero ſcripta triuialia (vt vulgo dicunt) & peruulgata, & iam ab aliis pertractata, vocet, vt ſit idem fere quod τὰ ἐγκύκλια, affirmare non poſſum.

τί οὖν; Σωκράτης οὐκ ἔγραφε.] Quid ergo? Socrates non ſcripſit? Diſcipulus ſuũ ſcribendi ſtudium exemplo Socratis defendit.

καὶ τίς τοσαῦτα; ἀλλὰ πῶς:] Epictetus etiam Socratem permulta ſcripſiſſe cõcedit, verum non ad oſtentationẽ, ſed corrigendi ſui cauſa. An pro Socrate aliud nomẽ ponendum ſit, haud ſatis ſcio. Nam Laërtius ſcriptorum Socratis non meminit, ſi ego recte memini: niſi quod Euripidi poëtę nauaſſe operam creditus fuerit. Imo in prooemio ſui operis Socrate[m] inter eos recenſet, qui ni[hil] a ſe ſcriptum reliquerunt.

καὶ ἀεὶ μίαν γέ τινα περὶ λ[...] ψιν ἐγύμναζε χρηστικῶς ἣν λέ[γων] ἄλλοις ἀφίησι.] Obſcurus [et] ſuſpectus locus, quem [me] non intelligere fateor, n[iſi] poſt χρηστικῶς comma pon[a]tur, & λέγων participium [a] verbo λέγω, vt ſit ſentent[ia] Socratem ſcripſiſſe ea, q[ui]bus in congreſſibus alios rudiret, alios argueret. ſi[c] Demoſthenes ea domi ſc[ri]bere ſolitus fuit, quæ [in] concione dicturus eſſet, [γυ]μνάζειν χρηστικῶς, &, vt Si[m]plicius loquitur, ζωτικῶς, tractare διὰ τὴν χρείαν χρῆσιν, ἵνα χρῶτο, vt ea vte[re]tur, καὶ διὰ ζωὴν, vt ita vi[ue]ret. ἣν λέγων ἀφίησιν ἄλλ[οις] quam dicendo velut tel[um] aut amentatam haſtam alios vibraret ac contorqu[e]ret. Pro ἀφίησι fortaſſe leg[en]dum ἀφίῃ, vel ἀφῇ.

πάντα ταῦτα θαῤῥοῦντος Scilicet ἔργα ἐστί. Omnia h[æc] ſunt animi imperterriti [ſi]gna. Legendũ aut πεποιθότ[ως] aut ſi πεποιθότως aduerbiu[m] recte ſe habet, eodem mo[do] etiam θαῤῥούντως aduerbi[a]liter legendum, vt ſubaudi[a]tur μελετητέον, aut ποιητέ[ον] hæc omnia facienda ſunt [pru]denter, & vt eo ſis fret[us]

q[ui]

ui, &c. Intelligit autem eum, a quo tanquam a la-ſta exerceantur homines bus aſperis, ad edendum rtutis ſpecimen. Sicut di-nt πέποιθα τῷ κεκληκότι, ita iam πεποιθότως τῷ κεκληκότι: ut Cicero, congruenter turæ viuere. Paulo poſt ge καλλωπισθεὶς ἐπιδείξεις. im καλλύνειν hic locum ha-re non videtur.

λογικὸν ἡγεμονικόν.] Lego e diſtinctione, mens cuius principatus, quæ eum in mine locum tenet, quem exercitu Imperator. Res o aduerſæ, hoſtibus con-untur.

πρὸς τὰς ἀπροαιρέτους δυ-νάμεις.] Facultates ſeu vires n voluntarias appellat ea æ noſtri arbitrij non ſunt: ſt exilium, mors, labor, or, ignominia, &c.

In Caput 2.

ἀλλὰ τί; πράξει μὲν ταῦτα, καὶ φοβερὰ εἶναι.] Quid ve-Faciet ille quidem tibi edam, quæ videntur eſſe midabilia. Niſi ſequere-πῶς δύναται ποιῆσαι; legen-n ſuſpicarer προστάξει, im-bit.

οἰμώξαι.] Fortaſſis, εἰ ώξαι.

τοῦ φύσις κακῶν καὶ ἀγαθῶν; ἡ ἀλήθεια, ὅπου ἀλήθεια, φύσις, ἐκεῖ τὸ εὐλαβὲς. ὅπου ἀλήθεια, ἐκεῖ τὸ θαρραλέον, ὅπου ἡ φύσις.] Poſtrema verba ὅπου ἡ φύσις, aut redundare videntur, aut tranſpoſita eſſe, aut aliquid omiſſum. Fortaſſe legendū vt ſupra etiam, ὅπου ἀλήθεια καὶ ἡ φύσις, ἐκεῖ καὶ τὸ θαρραλέον. Hanc lectionem in conuertendo ſecutus ſum. Naturam autem & veritatem intellige, de vero iudicio, & recta voluntate hominis. τὸ εὐλαβὲς intellige, cauendum ne perperam iudices aut appetas. τὸ θαρραλέον, ſi recte ſentias & appetas, confidendum eſſe, neque mali quicquam timendum.

αὕτη ἡ ὁδὸς ἐνταῦθα οὐ φέρει.] Hanc viam non huc ferre, ſcilicet ad cōſeruationem vitæ & fortunarum.

ἀλλ' ἄλλη.] Sed alio. Lego aduerbialiter: Non deducit ad conſeruationem, ſed perniciem. Si ἄλλη nomen eſſe placet, ſententia nihilominus conſtabit, aliam eſſe viam, qua vita & fortunę conſeruentur, ſupplicē geſtum, lacrymas, deprecatores, vxoris & liberum productionem. Vide Apologiam Platonis.

τί οὖν ἐστιν; ὅτι οὐκ ἔχει λόγον καὶ προσερεθίζει.] Quid ergo eſt? Quod abſurdum eſt, atque etiam irritat. Socratis illa o-

ratio de Aryto & Melito, abſurda eſt, ſcilicet ſi vitam cõſeruare velit: atque etiam irritat animos iudicum, qui reum ſuperbum eſſe, & ſe contemni putant, aſſueti ſcilicet reorum lamentationibus & ſupplicationibus.

τὸ λόγον ἔχειν, eſt idem quod εὔλογον εἶναι, καὶ μωρὸν οὐκ εἶναι. Si cui placet, ſic etiam diſtinguat licet: οὐκ οὖν ἐστὶν ὅτι οὐκ ἔχει λόγον; καὶ περιστρέφει. Vt ſententia ſit: Adeo iſta oratio reo vitæ cupido non conuenit, vt etiam irritet iudices. Locus ſubobſcurus eſt. Quare, coniecturis meis expoſitis, ἐπέχω καὶ διασκέπτομαι de iis etiam quæ ſequuntur.

ὑμεῖς τὸ μᾶλλον.] Fortaſſis vt τὸ πλέον, redundante articulo, aut ὑμεῖς γὰρ μᾶλλον.

οὕτω κατέστρεψε τὸ πραγμάτιον] τὸ καταστρέφειν & euertere & finire eſt. Poteſt igitur intelligi, eum ſic peroraſſe. Sed quia mentio fit Socratis, cuius magnanimo reſponſo ſic exarſerunt iudices, vt capitis hominem innocentiſſimum condemnarent: eundem etiam Heracliti cauſæ exitum fuiſſe probabile eſt.

τί χρεία.] Lego τίς χρεία: Quis vſus? quorſum opus fuit tali epilogo? Videtur re-

prehendere κακοζηλίαν]
racliti ſui, qui iudices ſ
vlla cauſa irritarit. Soc
enim grauiſſimæ cauſæ f
runt, cur reſponderet iud
bus, ſeſe meruiſſe, vt amp
ſimis honoribus & præn
decoraretur. Nã & inter
gatus erat, & nõ innocen
tantum ſuam, ſed & me
in rempublicã profiteri
ceſſe habebat, & ſic an
conſtantiam declarabat.

εἰ δὲ ὑπακοῦσαι.] Scil
θέλεις τῷ δικαστῇ. Si iudici
rere, teq; iudicio ſiſtere

λόγους ἀρκεῖ καὶ πεῖσαι,
παρ' αὐτόν.] Satis eſt ora
nem habere, & iudici p
bare cauſam, quatenus i
oratione ſitum eſt. Nar
Epitaphio Demoſthenis
bitur, Eloquentiam nõ p
valere, quam quantum
ditores a ſe impetrari ſi

τὰ ἐξῆς τούτω, ποιητέοι
ἐρωῶντι μέν τοι τὰ ἴδια.] O
ne cætera facienda ſunt,
is locus (forum ſeu præ
rium intellige) poſtulat.
tentia eſt opinor. Qui t
elato ſit animo, vt Hera
tus iſte fuerit, ei neglig
dum potius agellum ſui
quam in iudicium veni
dum. Sin agellum nõ ne
gat, ita cauſam agendam
locus, res & tempus poſ
let: cõſeruato tamen deco

ne ſ

: ſeſe nimis abiiciat. Hoc
ui m eſſe puto τηρεῖν τὰ ἴδια,
ſeruare ſua, hoc eſt τὸ πρέ-
ν (Nihil autem tam decet,
iam ſeruare conſtantiam)
ἢ τὰ ἐφ' ἡμῖν & ea quæ no-
i iuris ſint. τὰ ἴδια τηρεῖν,
o rem ſuam familiarẽ tue-
vſurpare non eſt moris E
teti, qui eam κτησίδιον ap-
llare ſolet, aut κτῆσιν, aut
ἱμάτιον, aut (vt hic) ἀργύριον.
ὑπόθου μοι.] Præcipe, aut
mihi conſilium, mone
id factō ſit opus. Senten-
eſt: Nō tum demum pe-
dum eſſe conſilium, cum
liſcrimen ventum ſit: ſed
quemque inſtitutum &
ditatum eſſe oportere, vt
quouis negotio in prom-
habeat, quid ſe facere de-
: ſicut is qui ſcribendi ar-
i teneat, quoduis propo-
m nomen ſcribere norit.
χεις καὶ παρεσκεύασαι.] Po-
parare te. Malim ἔχεις ſci-
: τὴν τέχνην, tenes ar-
: καὶ παρεσκεύασαι, & pa-
s es. Memento Lector,
empore habitas fuiſſe
diſputationes, ac tum a-
ex alio in mentem ve-
dicenti: quo minus mi-
, cum inſtitutus ſermo
: conſtantia, ſeu animo
urbationis experte: nũc
ęparatione philoſophi-
ci, etſi hæc ad ſeruãdam
conſtantiam plurimũ facit.

In Caput 2.

Τί τὸ αἴτιον; τὸ ἐναντίον: ἡ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν ἀμαθία καὶ ἀπειρία.] Quæ cauſa eſt? Contrarium: ratiocinationũ inſcitia & imperitia. Dubiũ eſt, mihi quidem, vtrum id velit quod dicere videtur: Dialecticæ inſcitiam, cauſam eſſe ignorãtis & inconſtantis iudicij, an vero ſignificet, vt ſyllogiſmos diiudicemus, in cauſa eſſe Dialecticæ peritiam, vt homines diiudicare non poſſimus, in cauſa eſſe, vel quod κριτήρια hic, vt in Dialectica, nulla habeamus: vel quod Dialectica in vmbra per otium abutamur, non autem ad diiudicandas res, homines & opiniones adhibeamus. Euripides quidem queritur,

ὅτῳ τὸν ἐσθλὸν χρὴ κακοῦ διειδέναι,
οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

Nullam eſſe notam corpori impreſſam, qua homo improbus a viro bono dignoſcatur. Pythagoras tamen ἐφυσιογνωμόνει τοὺς προσερχομένους, e lineamentis corporis coniecturam de animo cuiuſque capiebat. Si legeretur ἡ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν δύναμις καὶ ἐμπειρία, ſyllogiſmorum ſciẽtia & peritia,

ſententia eſſet argutior: nos ideo in vita minus ſapere, quod Dialecticis argutiis nimis occupemur.

Νῦν μὲν λέξω αὐταυτὸν, νυῦ δὲ κενόν.] Deeſſe videtur τὸν αὐτὸν, eũdem: vel τὸ αὐτὸ, idem. Nam & ad rem & ad perſonam accommodari poteſt.

In Caput 4.

οὐδείς μου ἐπιστρέφεται ἀνθρώπου φιλολόγου. Nemo me curat hominem ſtudioſum. Querela vſitata noſtri ordinis, hoc eſt, ſcholaſticorum, negligi nos, & non dignis affici præmiis. Si viri docti, prudentes, modeſti, omnis officij ſtudioſi ſumus, fit fortaſſe nobis iniuria. Sed ſi & pertenui doctrina ſumus, & ignaui, negligentes, corruptis moribus, quid poſtulamus? Eone honos nobis habendus, quod in Academiis ignaua opera, qualemcunque Latinæ aut Græcæ linguæ facultatem, ſine iudicio & doctrina rerum, ſine morum emendatione conſecuti ſumus? Quos nos ipſi facimus? Verba Latina & Græca, adde etiam Hebræa, neminem faciũt eruditum: ſed cognitio bonarum artium, cum qua ciuilis prudentia, induſtria, vitæ integritas, in omni genere offi cij diligentiæ aſſiduitas cõ-

iungenda eſt. Hæc cum p ſtiterimus, aut non negli mur, aut iuſtas querelar cauſas habituri ſumus. vero nunc plerique viuim liberalius nobiſcum qu pro merito & dignitate ſtra agitur.

ἀρχέδημον νοῶ.] Arche mum intelligo. Videtur ulterium excuſare aucto tate magiſtri, qui forta vt & Zeno, ſenſit, ſapie bus communes eſſe del vxores. Sed Epictetus q uis Stoicus, nõ omnia S corum deliramenta pro ſe videtur: vt & Panæt auctore Galeno.

In Caput 5.

αἱ ὕλαι ἀδιάφοροι.] M riæ ſunt ind fferenes, eſt, Res per ſe neque b neque malæ. ὕλαι a La non ita vſurpatur, vt a C cis. Quare verti, quaſi ptum fuiſſet τὰ ὄντα ve πράγματα τὰ ἐμπίπτοντα μεταχειριζόμεθα.

τὸ ἐπιμελὲς καὶ μὴ εἰκῆ μηδ᾽ ἐπισεσυρμένον.] εἰκῇ mere, fruſtra. τὸ μὴ εἰκαῖ nihil temere agitur. τὸ πισεσυρμένον ſignificare videtur vigilantiam & a moniam. σύρματα ſunt gæ pallæ Comicorum pompam, non ad rem g dam accommodatæ.

Tom

omum 1. ἐπισύρειν eſt attrahere, accerſere aliquid ſuuacaneū. Poſſit ergo etiam de frugalitate intelligi. Simplicius τὸ ἐπισυρόμενον interpretatur, τὸ ἀνεμάρτητον. de 2. Tomum.

ἔργον ἐκεῖνο.] Scilicet ἐστί. Id eſt præcipuū vitæ munus. Quodnam? τῷ πεσόντι ἑκάστοτε χρῆσθαι: Eo quod ceciderit, recte vti. Quomodo id ? Diuiſione rerū noſtrarum & alienarum.

ἢ ζωὴν τὴν παρὰ φύσιν.] Fortaſſis καὶ ζωῆς (ſcilicet προαιρέσεως παρὰ τὴν φύσιν. αἵρεσις voluntas ſiue deſiderium, reſpuit temeritatem.

ἅμα δ' δύσταθῶ. εἰ δὲ μὴ (licet δυνατὸν) ἀδύνατον συμβῆναι. Niſi diligentia cum deſpicientia coniungi poteſt, beatitatis eſſe compotem nemo poteſt. Volūt philoſophi beati eſſe in hac mortali vita. Quod quam feliciter eis ſuccedat, ipſi viderint. Ego magis Euripidem probo, qui ait, ὅτι ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά, quam reuera nō eſſe vitam, ſed ærumnam; quod neque animo ſemper bene eſt, & corpori ſæpe male.

εἴ μοι δυνατὴ, τὸ ἐκλέξασθαι.] Lego εἴ μοι δυνατόν: In nauigando quid ego præſtare poſſum? Eligere gubernatorem, &c. ſine interrogatione.

ἐνστῶσι.] Hinc ὁ ἐνεστὼς χρόνος, & ὁ ἐνστὰς πόλεμος apud Demoſthenem.

πότερον πνιγεὶς.] Vtrum ſuffocatione in vndis, an febri. Quod ad exitum attinet, nihil ſane intereſt. Nam febris æque perimit, & longiore cruciatu, ac naufragiū. Sed integris viribus, ſubito, aliena vi eripi vitam, multo certe horribilius eſt, præſertim ſi carnificina ignominioſa & tyrannica acceſſerit, quam natura vltro deficiente. Sed horribilem hanc ſpeciem, laruam appellat Epictetus.

περὶ τοῦ ἁρπαστοῦ.] Martialis etiam hac voce vſus eſt. *Siue harpaſta manu pulueruleuta rapit.* Huius diminutiuum eſt ἁρπάστιον. Fortaſſis vtres inflatiles intelligendi ſunt, quos Itali Palonas vocant.

εὐγνωμοσύνῃ.] Dexteritatē hic vertere viſum eſt, ob ludi genus.

μηδ' αὖ τὸν κόλπον.] De ſua imperitia loquitur.

Namq; pila lippis inimicum,
& ludere crudis.
Nec his tantum, ſed etiam
claudis.

ὁ δὲ μίαν ἔβαλες.) Locus ſuſpectus: nec tamen quid melius occurrit.

ἡμιόνους μὲν ἡγεῖσθαι, ὄνους δὲ μή.] Semiaſini & aſini, feſtiue Græce dicuntur, vt Semidei & Dij Latine. Sed in voce muli, perit gratia ſcommatis, vt poſtea in verbis χαίρειν gaudere, & συγχαίρειν congaudere, pro quo nos gratulari dicimus. Et in Iſocrate τοῖς χαίρουσι ἀχαρίστως χαρίζεσθαι, & τῆς ψυχῆς ἕνεκα τἆλλα ποιοῦντες, αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς ἀμελοῦντες.

ἀλλ' οἵα ἂν ᾖ ἐκείνη.] Qualiſcunque illa fuerit. Sed dic ei poſſit, quid laudis eſſe queat in veteribus calceis conſuendis? Et tamen id quoque dextre & diligenter facere præſtat, quam imperite & negligenter.

εἶτα ἂν ἐξέλθῃς.] Deinde ſi egreſſus fueris. Vnde? Num a tyranno? Propemodum ſuſpicor deeſſe aliquid.

ὥσπερ ἂν εἰ ἀπόλυτοι ἦμεν.] Quaſi abſoluti eſſemus. Vrget hoc Epictetus, totum mundum vnum quoddam eſſe magnum corpus, cuius ſinguli homines particulæ exiguæ ſint, & τῶν πρός τι. Neminem ſibi naſci, viuere aut mori, ſed mundo: & quicquid accidat, id ad mundi ordinem conſeruandum pertinere, atque æquo animo ferendum eſſe.

Νῦν οὖν ἐμέ.] Nūc ergo me. Verba ſunt indignantis μ μηλικά.

ἐν τούτῳ τῷ περιέχοντι.] Pt lemæo frequens eſt cœlos aerem appellare τὸ περιέχ quod terras vndique circ det, & quaſi complectatu

In Caput 6.

